Ver. 1223. νεογνὰς τ' ἄρσενας, ὡς] Pierſonus *Veriſim.* p. 172. legit ἄρνας. A. αρσεν' ὡς φονῳ. Probabile eſt, *agnorum* in ſuperioribus factam fuiſſe mentionem. Quærendum tamen de Lectione Cod. A. αρσεν', ſeu ἄρσεν φόνῳ: hoc eſt, νεογνὰς τ', ἄρσεν' ὡς φόνῳ &c.

Μυσαρὸν

Μυσαρὸν ἐκνίψω, σέλας τε λαμπάδων, τά τ' ἄλλ', ὅσα
Πρεθέμην ἐγὼ ξένοισι, χ θεᾷ καθάρσια. 1225
Ἐκποδὼν δ' αὐδῶ πολίταις τῦδ' ἔχειν μιάσματος,
Εἴ τις ἢ ναῶν πυλωρὸς χεῖρας ἁγνεύει θεοῖς,
Ἢ γάμον σείχει συναύλων, ἢ τόκοις βαρύνεται,
Φευγέτω, ἐξίσαθε, μή τῳ προσπέσῃ μύσος τόδε.
Ὦ Διὸς Λητῦς τ', ἄνασσα παρθέν', ἣν νίψω φόνον 1230
Τῶνδε, χ θύσωμεν ἔχρη, καθαρὸν οἰκήσεις δόμον,
Εὐτυχεῖς δ' ἡμεῖς ἐσόμεσθα. τἄλλα δ' ἐ λέγεσ', ὅμως
Τοῖς τὰ πλείον' εἰδόσι θεοῖς, σοί τε σημαίνω θεᾷ.

ΜΟΝΟΣΤΡΟΦΙΚΑ.

Εὔπαις ὁ Λατῦς γόνος, ὃν πο[τε]

Ver. 1232. ἰσόμισθα] Forte, ἰσόμεθα.

Ver. 1233. σοί τε σημαίνω Θεᾷ] Mallem, Θεά: *& tibi significo, O Dea.* Pro vulgata, vid. Sophocl. *Electr.* 659, 660. Notandum eſt τὰ πλείονα *plura*, pro *omnia.*

Ver. 1234. Εὔπαις ὁ Λατῦς γόνος, &c.] Aliquid de hac difficili Monoſtrophe habet *Canter.* in *Proleg.* ubi illam numerat inter μίτρα ἄτακτα, quæ nullam habent inter ſe ſimilitudinem; qualis fertur Homeri *Margites.* Obſcuriora ejus aliquot indigitabo, ut alii ad explicationem eorum (ſi tanti putent) excitentur. Hiſtoriam ſeu Fabulam quod attinet, conſuli poſſunt, præter Auctores *Barnesio* laudatos, Antonin. Liberalis *Fab.* XXXV. Strabo lib. IX. p. 646, 647. & lib. XIV. p. 948. & Athenæus lib. XV. cap. ult. p. 701. C. D. Quæriviſſet aliquis *Dianæ Laudes* æquè ac, vel potius quàm, *Phœbi*, in hac Monoſtrophe; in qua, ſi fas ſit dicere, *Herculis Encomium* vix magis alienum a propoſito viſum fuiſſet. Sed alii forte aliter judicabunt: & liberum ſit Judicium πᾶσι, καὶ ἐν πᾶσι, de quibus judicare fas eſt.

Δηλίας

Δηλίας ἐν καρποφόροις
Γυάλοις, χρυσοκόμαν
Φοῖβον ἐν κιθάρᾳ σοφὰν,
Ἄ τ' ἐπὶ τόξων
Εὐσοχίᾳ γάννυται,
Φέρει νιν ἀπὸ δειραδ[ος] ἐναλίας,
Λοχεῖα κλεινὰ λιπ[ο]ῦσ', ἀ-
ςάκτων μάτηρ ὑδάτων,
Τὰν βακχεύσαν Διονύσῳ
Παρνάσιον κορυφὰν,
Ὄθι τρικιλόνω[ν] οἰνωπὸς δρά-
κων, σκιερᾶ κα[λ]άχαλκ[ος]
Εὐφύλλῳ δάφνᾳ, γᾶς
Πελώριον τέρας, ἀμ-
φέπει μαν[τ]εῖον χθόνιον.
Ἔτι μιν, ἔτι βρέφ[ος], ἔτι φίλας

Ver. 1235. Δηλίας] Intelligo γᾶς. *Scalig.* legit Δηλιὰς, & *Latonam*, opinor, innuit. Notat *Miltonus* in marg. "ἔτεκεν hic "puto ſupplendum." unde forte Barneſii *peperit*. Putarem τικοῦσα, *poſtquam peperiſſet*, alicubi deeſſe propter φέρει, i. e. ἔφερε. Vide Verſionem: Et comma ſolum ponerem poſt γάννυται.

Ver. 1240. Pro νιν ἀπὸ *Scalig.* θῖν' ἔπι, i. e. θῖνα, *ad litus*: ſi recte capio quod in *Barneſ.* marg. legitur θὶν ἐπὶ. A. B. εναλιας. Pro φέρει B. φέρειν: quod vult, opinor, φέρειν, pro ἔφερε. Conſtructio (vel Senſus) ſecundùm meam ſententiam, hæc erit: Εὔπαις ἐστὶν ὁ Δατοῦς γόνος· ὃν γόνον, (nempe Φοῖβον Ἄρτεμίν τε), μάτηρ τικοῦσα ἐν γυάλοις Δηλίας γᾶς, λιποῦσα ἀςάκτων ὑδάτων λοχεῖα, ἔφερέ νιν (αὐτὸς, vel. αὐτὸν, ſc. γόνον) ἀπὸ δειράδος ἐναλίας εἰς Παρνάσιον κορυφὰν, ὅθι &c.

Ver. 1242. Per μάτηρ ὑδάτων *Brodæus* intelligit *mare*. mihi Conſtructio videtur eſſe, μάτηρ λιποῦσα κλεινὰ λοχεῖα ἀςάκτων ὑδάτων: & μάτηρ puto eſſe *Latonam*; ea enim linquebat Delon ſtatim poſt partum (τικοῦσα) Apollinis & Dianæ. ſed quænam ſint hæc ὕδαλα ἄςακλα, *aquæ non-ſtillantes*, quacumque Conſtructione, neſcio. aliquid dici poſſit de ἀςάκτων, ex Deli fabulari hiſtoriâ: ſed præſtat tacere.

Ver. 1247. Εὐφύλλῳ, *Ald.* Quid ſit καλάχαλκος δάφνα, ignoro. Explicant καλάχαλκος, *æreis dentibus minax*. æquè bene poſſent, *æreâ caudâ*, vel, *æreis pedibus minax*.

Ἐπὶ μαντέρῳ ἀγκάλαισι θρώσκων,
Ἔκανες, ὦ Φοῖβε, μαντείων δ' ἐπέ-
βας ζαθέων, τρίποδί τ' ἐν χρυσέῳ
Θάσσεις, ἐν ἀψευδεῖ θρόνῳ,
Μαντείας βροτοῖς ἀναφαίνων,
Θεσφάτων ἐμῶν ἀδύτων,
Ὑπὲρ Κασταλίας ῥεέθρων
Γείτων, μέσον γᾶς ἔχων μέλαθρον.
Θέμιν δ' ἐπὶ Γᾶς ἰὼν παῖδ' ἀπενάσατο
Ἀπὸ ζαθέων χρησηρίων, νύχια
Χθὼν τεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων,
Οἳ πολέσιν μερόπων,
Τά τε πρῶτα, τά τ' ἔπειθ',
Ὅσα τ' ἔμελλε τυχεῖν,
Ὕπνῳ καθὰ δνοφερᾶς γᾶς
Εὐνὰς ἔφραζον. Γαῖα δὲ
Μαντεῖον ἀφείλετο τιμὰν
Φοίβου, φθόνῳ θυγατρός. ταχύπους
Δ' ἐς Ὄλυμπον ὁρμαθεὶς ἄναξ,
Χέρα ψεδνὸν ἔλεξ' ἐκ Διὸς θρόνων,

Ver. 1256. Θισφάτων ἐμῶν ἀδύτων,] Hæc ſunt obſcuriſſima. Forte, Θίσφατα τῶν σεμνῶν ἀδύτων, appoſitivè ad Μαντείας. *Reiſkius*, Θισφάτων σεμνῶν. Alii aliter. quæ omnia incerta ſunt, æquè ac mea.

Ver. 1259. Pro ἐπὶ *Scal.* & *Canter.* ἐπεὶ. Bene. Quid verò eſt Γείτων, ver. 1258?

Ver. 1261, 1262. φάσματα, οἳ] Acutè præſagiebat *Brodæus*, φάσματα, poni pro ὄνειροι μετὰ φασμάτων, & a voce ὄνειροι pendere iſtud οἳ, per σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον. Ita fere erat: nam præclare Liber *Oxon.* ſupplet, Χθὼν τεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων,
Οἳ πολέσιν μερόπων &c.
ita etiam *Pariſ.* A. C.

Ver. 1265. Ὕπνῳ καθὰ] Mallem Ὕπνῳ, i. e. ἐν ὕπνῳ, ver. 44. & conſtruo, καθὰ εὐνὰς δνοφερᾶς γᾶς, *in cubilibus obſcuræ terræ*. Ver. 1267. Την μαντειον A.

Ver. 1270 Χέρα ψεδνὸν ἔλεξ' ἐκ Διὸς θρόνων,] Placet *Scaligeri* conjectura, Χέρα παίδνον ἔλιξ', *manum pueriliem extendebat*. Antholog.

* *

Πυθίων δόμων
Χθονίαν ἀφελεῖν
Θεᾶς μῆνιν, νυχίους τ' ἐνοπάς.
Γέλασε δ', ὅτι τέκος ἄφαρ ἔβα,
Πολύχρυσα θέλων λατρεύματα σχεῖν.
Ἐπεὶ δ' ἔσεισε κόμαν,
Παῦσε νυχίους ὀνείρους,
Ἀπὸ δὲ λαθοσύναν
Νυκτωπὸν ἐξεῖλε βροτῶν,
Καὶ τιμὰς πάλιν θῆκε Λοξίᾳ,
Πολυάνορι δ' ἐν ξενό-
εντι θρόνῳ θάρση βροτοῖς,
Θεσφάτων ἀοιδαῖς.

IAMBOI.

Αγγ. Ὦ ναοφύλακες, βώμιοί τ' ἐπιςάται,
Θόας ἄναξ γῆς τῆσδε, ποῦ κυρεῖ βεβώς;
Καλεῖτ', ἀναπτύξαντες εὐγόμφους πύλας,
Ἔξω μέλαθρων τῶνδε, κοίρανον χθονός.
Χο. Τί δ' ἐςιν; εἰ χρὴ μὴ κελευσθεῖσαν λέγειν;

Αγγ.

tholog. III. 9. παιδνὰς αὐτίκ' ἔτεινε χέρας. Favet παιδνὸν B. qui habet ψαιδνον. *Oxon.* ἔλεξ'. A. ελιξ'. C. ἑλιξ'. *Barnesius* conjicit, ἐς Διὸς θρόνον: usitatiùs ἐς Διὸς γένυν.

Ver. 1278. λαθοσύναν] Sensus videtur ducere ad μαντοσύναν· *vaticinationem vero noctu videntem* (vel *nocturnam*) *exemit hominibus.* Vertitur *imposturam.* Vocem ξενόεντι (ver. 1281.) suspectam habeo; & alia. Sed taceo. Atque ita valeat obscura hæc Monostrophe!

Ver. 1288. Τί δ' ἐςίν; εἰ χρὴ μὴ κελευσθεῖσαν λέγειν;] B. η χρη. verba satis plana sunt, sed mihi obscurior videtur mens hujus Iambi, non multum juvabit, Τί δ' ἐςιν ὃ (vel ὅ,τι) χρὴ. Aliis forte nulla erit difficultas. Ver. 1291. Pro φεύγοντες mallem φυγόντες, Aor. secundi, ut λαβόντες, & 1299. Μέτεςι χ' ὑμῖν, quàm Μέτεςί θ' ὑμῖν· μέρος est κατὰ μέρος non Nominativus Verbo Μέτεςι,

Αγ. Βεβᾶσι φρῦδοι δίπλυχοι νεανίαι,
Ἀγαμεμνονείας παιδὸς ἐκ βουλευμάτων
Φεύγοντες ἐκ γῆς τῆσδε, κἀ σεμνὰν βρέτας
Λαβόντες ἐν κόλποισιν Ἑλλάδος νεώς.
Χο. Ἄπιστον εἶπας μῦθον. ὃν δ' ἰδεῖν θέλεις
Ἀνακτα χώρας, φρῦδον, ἐκ ναῶν σύθεις.
Αγ. Ποῖ; δεῖ γὰρ αὐτὸν εἰδέναι τὰ δρώμενα.
Χο. Οὐκ ἴσμεν. ἀλλὰ σεῖχε, κἀ δίωκέ νιν,
Ὅπως κυρήσας, τόσδ' ἀπαγγελεῖς λόγους.
Αγ. Ὁρᾶτ', ἄπιστον ὡς γυναικεῖον γένος,
Μέτεσί θ' ὑμῖν τῶν πεπραγμένων, μέρος.
Χο. Μαίνῃ· τί δ' ἡμῖν τῶν ξένων δρασμῷ μέτα;
Αγ. Οὐκ εἰ κραθέντων πρὸς πύλας ὅσον τάχος;
Χο. Οὔ· πρίν γ' ἂν εἴποι τοῦπος ἑρμηνεὺς τόδε,
Εἴτ' ἔνδον, εἴτ' οὐκ ἔνδον, ἀρχηγὸς χθονός.
Αγ. Ὦ χαλάτε κληθρα, τοῖς ἔνδον λέγω·
Καὶ δεσπότῃ σημήναθ', ὕνεκ' ἐν πύλαις
Πάρειμι, καινῶν φόρτον ἀγγέλων κακῶν.
Θο. Τίς ἀμφὶ δῶμα θεᾶς τόδ' ἴσχησιν βοήν,
Πύλας ἀράξας, κἀ φόβον πέμψας ἔσω;
Αγ. Ψευδῶς ἔλεγον αἵδε, καί μ' ἀπήλαυνον δόμων,

Ver. 1300. τοῦ ξένων

Μίτεσι, quod reſolvendum eſt in μέθεσίε ἐσὶ, ut cætera quæ vocantur *Imperſonalia*. Μέρος, *pro parte veſtra*, quantum in vobis fuit. Vide ad *Supplic.* ver. 1077.

Ver. 1300. τί δ' ἡμῖν τοῦ δρασμῷ ξένων μέτα;] Id eſt, μέτεσι. Herodotus I. 88. οὐδὲν γὰρ ἐμοὶ ἔτι τούτων μέτα· *nihil enim mihi jam cum his rebus eſt.* Pro τοῦ A. C. habent τῶν. bene. nam Oreſtes & Pylades paſſim vocantur οἱ ξένοι.

Ver. 1308. Πύλας ἀράξας,] Euripideum magis videtur, Πύλας τ' ἀράξας.

Ver. 1309. ἔλεγον αἵδε, καί μ'] Tertius pes eſt amphimacer. Lego, ψευδῶς ἔλεγον αἵδ', αἵ μ ἀπήλαυνον δόμων, Ὡς ἐκτὸς εἴης. ultima vox eſt a *Scal.* & *Canter.* pro vulg. ἦς. alioquin ſcripſiſſet potiùs ἦσθα quàm ἦς. *Pierſonus*, ψευδῶς λέγεσθαι, μ' αἵδ' &c. *Scalig.* & *Barneſ.* ψευδῆ ἔλεγον αἵδε, cum hiatu.

Ὡς

Ὡς ἐκ θεοῦ γε. σὺ δὲ κατ' οἶκον ἦθ' ἅρα.
Θο. Τί προσδοκῶσαι κέρδος, ἢ θηρώμεναι;
Αγ. Αὗτις τὰ τῶνδε σημανῶ· τὰ δ' ἐν ποσὶ
Παρόντ', ἄκουσον· ἡ νεᾶνις, ἣν ὑβάδε
Βωμοῖς παρίζατ', Ἰφιγένει', ἔξω χθονὸς
Σὺν τοῖς ξένοισιν οἴχεσθαι, σεμνὸν θεᾶς
Ἄγαλμ' ἔχουσα· δόλια δ' ἦν καθάρματα.
Θο. Πῶς φῄς; τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκλημένη;
Αγ. Σώζει σ' Ὀρέστην· τοῦτο γὰρ σὺ θαυμάσῃ.
Θο. Τὸ ποῖον; ἆρ' ὃν Τυνδαρὶς τίκτει κόρη;
Αγ. Ὃν τοῖσδε βωμοῖς Θεὰ καθωσιώσατο.
Θο. Ὦ θαῦμα· πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω;
Αγ. Μὴ ἐνταῦθα τρέψῃς σὴν φρένα, ἀλλ' ἄκουέ μου.
Σαφῶς δ' ἀθρήσας, ᾗ κλύων, ἐκφρόντισον
Διωγμὸς ὅσις τὼς ξένους θηράσεται.
Θο. Λέγ'· εὖ γὰρ εἶπας· ἐ γὰρ αἰσχίπλευν πόρον

Ver. 1320. Θεᾷ

Ver. 1317. τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκλημένη;] Sensus videtur esse, *Quid sibi volens?* quam mentem rei habens? Difficultas est in voce πνεῦμα. Cod. B. κεκλημένως; quæ vox forte explicari potest per abruptionem——Versu prox. seq. pro Σώζει σ' legi posset in Futuro Σώσει': sed non variant MSS. Πνεῦμα videtur significare *mens* in Sophocl. *Oed. Col.* 638. Καὶ πνεῦμα ταυτὸν &c. συμφορὰ pro *res*, & κεκλημένος pro *habens*, frequenter occurrunt.

Ver. 1319. Τὸν ποῖον;] *Ald. Port. Steph.* & B. Τὸ ποῖον; *Quale hoc?* & ita *Iph. Aul.* 517. Sophocl. *Oed. Tyr.* 120. Plato sæpe. Pro θαυμάσῃ ver. 1318.) *Reiskius* θαυμάσῃς.

Ver. 1320. Θεᾷ καθωσιώσατο] *Oxon.* (& C.) Θεὰ, casu recto. Bene. neque opus erat duobus Dativis.

Ver. 1321. πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω] Potius putarem μεῖον' *quo* enim *minore nomine recte te possim appellare?* Aliis tamen forte aliter videbitur.

Ver. 1325. αἰσχίπλευν πόρον] Hesychii Exemplar habebat ἀσχίπλευν. sensus ferè idem est in utrovis. Pro φεύσεσθαι (quod suspectum esse potest) *Scal.* φεύξεσθαι. vid. ad ver. 241. Pro ὡρμισμένη (ver. 1328.) A. ὡρμημένη.

Φεύγουσιν, ὥστε διαφυγεῖν τὐμὸν δόρυ.
Αγγ. Ἐπεὶ πρὸς ἀκτὰς ἤλθομεν θαλασσίας,
Οὗ ναῦς Ὀρέστου κρύφιος ἦν ὡρμισμένη,
Ἡμᾶς μὲν, οὓς σὺ δεσμὰ συμπέμπεις ξένων
Ἔχοντας, ἐξένευσ' ἀποστῆναι πρόσω,
Ἀγαμέμνονος παῖς, ὡς ἀπόρρητον φλόγα
Θύουσα, καὶ καθαρμὸν, ὃν μετῴχετο.
Αὐτὴ δ' ὄπισθε δέσμ' ἔχουσα τοῖν ξένοιν
Ἔστειχε χερσί. καὶ τάδ' ἦν ὕποπτα μὲν,
Ἥρεσκε μέν τοι σοῖσι προσπόλοις, ἄναξ.
Χρόνῳ δ', ἵν' ἡμῖν δρᾷν τι δὴ δοκῇ πλέον,
Ἀνωλόλυξε, καὶ κατῇδε, βάρβαρα
Μέλη ματεύουσ', ὡς φόνον νίζουσα δή.
Ἐπεὶ δὲ δαρὸν ἦμεν ἥμενοι χρόνον,
Εἰσῆλθεν ἡμᾶς, μὴ λυθέντες οἱ ξένοι
Κτάνοιεν αὐτὴν, δραπέται τ' οἰχοίατο.
Φόβῳ δ' ἃ μὴ χρῆν εἰσορᾷν, καθήμεθα
Σιγῇ. τέλος δὲ πᾶσιν ἦν ὠὐτὸς λόγος,
Στείχειν ἵν' ἦσαν, καίπερ οὐκ ἐωμένοις.
Κἀνταῦθ' ὁρῶμεν Ἑλλάδος νεὼς σκάφος,
Ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον,
Ναύτας τε πεντήκοντ', ἐπὶ σκαλμῶν πλάτας
Ἔχοντας, ἐκ δεσμῶν δὲ τοὺς νεανίας
Ἐλευθέρους πρύμνηθεν ἑστῶτας νεώς.

Ver. 1343. αὐτὸς

Ver. 1326. διαφυγεῖν ἐμὸν δόρυ.] Opinor, διεκφυγεῖν, *evadere meam classem*, non *hastam*.

Ver. 1338. Μέλη ματεύουσ',] An, καὶ κατῇδε βάρβαρα Μέλη, μαγεύουσ' ὡς, φόνον νίζουσα δή. De significatione particulæ δὴ, vide ad *Supplic.* 521. *Reiskius* quoque ματεύουσα. Aliter tamen legi & distingui potest hic locus. Φόνον est *pollutionem cædis*, ut sæpe.

Ver. 1343. αὐτὸς λόγος,] Ὠὐτὸς λόγος, *eadem sententia*.

Ver. 1346. Ταρσῷ κατήρει] Forte κατῆρες, sc. σκάφος. pleniùs dixi ad *Supplic.* 110.

Κοντοῖς δὲ πρῴραν εἶχον· οἱ δ' ἐπωλίδος
Ἄγκυραν ἐξανῆπλον· οἱ δὲ κλίμακας
Σπεύδοντες, ἦσαν διὰ χερῶν πρυμνησίας·
Πόντῳ δὲ δόντες τὴν ξένην καθίεσαν.
Ἡμεῖς δ' ἀφειδήσαντες, ὡς ἐσείδομεν
Δόλια τεχνήματ', εἰχόμεσθα τῆς ξένης,
Πρυμνησίων τε· χὠ δι' εὐθυνηρίας,
Οἴακας ἐζήρυμεν εὐπρύμνῳ νεώς.
Λόγοι δ' ἐχώρουν· Τίνι λόγῳ πορθμεύετε
Κλέπτοντες ἐκ γῆς ξόανον, ἢ θυηπόλον;

Ver. 1350. πρώρας
Ibid. ἐπωτίδων
1351. Ἀγκύρας
1359. καὶ θυηπόλον;

Ver. 1350. πρώρας εἶχον·] Codd. omnes *Paris.* πρῴραν. *Scal.* pro εἶχον, legit εἷλκον. *Duportus*, πρῴρας εἶχον· quæ ſunt laſciviæ Critices Conjecturalis.

Ibid. ἐπωλίδων

Ἀγκύρας ἐξανῆπλον·] Contra metrum ultima in ἀγκύρας corripitur. Sed neceſſe erat ita fieri, poſtquam plurale illud ἐπωλίδων locum invenisſet. proculdubio ſcripſit Euripides, ἐπωτίδος Ἀγκύρας ἐξανῆπλον· id eſt, ex *unaquaque* epotide *unam* ancoram ſuſpendebant.

Ver. 1353. Πόντῳ δὲ δόντες τὴν ξένην καθίεσαν.] Τὴν ξένην & τὴν θεὰν, utraque ſunt falſa; quia πόντῳ δόντες καθίεσαν deſcribit aliquid quod in *mare*, non in *navem*, demittebatur. Sed τῇ ξένῃ doctiſſimi *Muſgravii* difficultatem tollit. Vide Addenda. Pro Σπεύδοντες (ver. 1352.) *Scalig.* Σπάσαντες. Non opus. vid. *Barneſ.* & *Phœniſſ.* 595. ed. *King.* Mox. ver. 1356. *Reiſkius* legit, διευθυντηρίας Οἴακας, *clavum, qui dirigendæ per mare navi ſervit*, vulgo, δι' εὐθυντηρίας, Οἴακας &c. vide Heſych. V. Εὐθυντηρία: quæ erat pars navis: prope puppim, opinor, in qua ὁ εὐθυντὴς verſabatur. vertitur, *per gubernacula* euntes: hoc vult, puto, *per eam partem navis ubi gubernacula ſunt*, δι' εὐθυντηρίας, nihilo mutato.

Ver. 1359. Κλέπτοντες ἐκ γῆς ξόανον καὶ θυηπόλον;] Spondeus eſt in quarto loco, νον καὶ. Lego,

Κλέψοντες;—— ἢ θυηπόλον:

Utrum ſubrepturi ex hac *terra ſtatuam, an ſacerdotem?*

Pro πορθμεύετε (ver. 1358.) B. C. πορθεύεσθε.

Τίνος, τίς ὢν, τήνδ' ἀπεμπολᾷς χθονός;
Ὃδ' εἶπ', Ὀρέσης, τῆσδ' ὅμαιμος, ὡς μάθῃς,
Ἀγαμέμνονος παῖς, τήνδ' ἐμὴν κομίζομαι
Λαβὼν ἀδελφὴν, ἣν ἀπώλεσ' ἐκ δόμων.
Ἀλλ' ἐσθέν ἧσσον εἰχόμεσθα τῆς ξένης,
Καὶ πρός σ' ἔπεσθαι διεδιαζόμεσθά νιν.
Ὅθεν τὰ δεινὰ πλήγματ' ἦν γενειάδων·
Κεῖνοί τε γὰρ σίδηρον οὐκ εἶχον χεροῖν,
Ἡμεῖς τε· πυξμαὶ δ' ἦσαν ἐγκρυπτόμεναι,
Καὶ κῶλ' ἀπ' ἀμφοῖν τοῖν νεανίαιν ἅμα
Εἰς πλευρὰ, χ' πρὸς ἦπαρ ἠκοντίζετο,
Ὥσε ξυναπλεῖν, χ' συναποκαμεῖν μέλη.

Ver. 1361. μάθοις,

Ver. 1360. Τίνος, τίς ὢν ΓΕ τήνδ'] *Barnesius* addidit γε, ne versus hiaret. probabilius puto, Τίνος, ΤΙΣ ὢν ΣΥ, τήνδ' &c. sic *Andromach.* 883. Ἔγνως· ἀτὰρ δὶ ΤΙΣ ΣΥ πυθάνη τάδε; vid. & ver. 647. ejusd. Fab. *Heraclid.* 638. *Ion.* 308. ne alios memorem. Videtur fuisse Formula, ΣΥ τὶς εἶ; Joan. VIII. 25. XXI. 12. Rom. VIII. 20. ut Latinis, *Quis tu?*

Ver. 1361. ὡς μάθοις] Ulitatius μάθῃς. & ita omnes *Parisienſ.* ſupra ver. 1030. *Cyclop.* 143. *Androm.* 1073. & innumeri alii loci.

Ver. 1368. Ἡμεῖς τε] *Et nos,* ſcil. οὐκ εἴχομεν σίδηρον, *nullos habebamus enſes:* ut in iſto Luciani *Ver. Hiſt.* p. 682. δένδρου δὲ, οὐδὲ ὕδωρ ἐνῆν· i. e. οὐδὲ δένδρου, οὐδὲ ὕδωρ. & Pindari *Pyth.* X. Ναυσὶ δ', ὅτε (f. οὐδὲ) πιζὸς ἰὼν, i. e. οὐτὲ ναυσὶ, οὐδὲ πιζὸς. vel Ναυσί τ', οὔτε πιζὸς. vid. *Iph. Aul.* ver. 355.

Ver. 1371. Ὥσε ξυναπλεῖν— μέλη·
Ita ut committerentur— membra:] Non puto quemquam hæc intelligere. Forte,

Ὡς ξύντ' ἀπειπεῖν καὶ ξυναποκαμεῖν μέλη.

ita ut *fatiſcerent, ſuccumberent, defatigarentur, deſponderent* membra: præpoſitione a Verbo ſuo diſjunctâ, ut fieri ſolet. ſic *Helen.* 105. Καὶ ξύν γε πίρσας, αὐτὸς ἀνταπωλόμην· pro ξυμπίρσας (vel συμπίρσας) γε. *Alceſt.* 578. Σὺν δ' ἐπωμαίνοντο, pro Συνεπωμαίνοντο δὲ. Frequenter ita Herodotus. Si in MSS. poſthac inveniatur Ὥσε συναπειπεῖν &c. ita edatur, interea lectio, quam propoſui, ſatis commoda eſt, & uſitata.

Δεινοῖς

Δεινοῖς δὲ σημάντροισιν ἐσφραγισμένοι,
Ἐφεύγομεν πρὸς κρημνόν· οἱ μὲν ἐν κάρᾳ
Κάθαιμ' ἔχοντες τραύμαθ', οἱ δ' ἐν ὄμμασιν.
Ὄχθοις δ' ἐπιςαθέντες, εὐλαβεςέρως
Ἐμαρνάμεσθα, κ̣ὴ πέτρυς ἐβάλλομεν.
Ἀλλ' εἶργον ἡμᾶς τοξόται, πρύμνης ἔπι
Σταθέντες, ἰοῖς, ὥς' ἀναςεῖλαι πρόσω.
Κἂν τῷδε, δεινὸς γὰρ κλύδων ὤκειλε ναῦν
Πρὸς γῆν, φόβος δ' ἦν ὥςε μὴ τέγξαι πόδα,
Λαβὼν Ὀρέςης ὦμον εἰς ἀριςερὸν,
Βὰς εἰς θάλασσαν, κἀπὶ κλίμακος θορὼν,
Ἔθηκ' ἀδελφὴν ἐντὸς εὐσέλμυ νεὼς,

Τό

Ver. 1380. ἦν ναυάταις τέγξαι
1383, 1384. εὐσήμυ νεώς. Τὸ δ'

Ver. 1380. φόβος δ' ἦν ναυάταις τέγξαι πόδα,] Pro ναυάταις Codd. A. B. C. habent ωςε μη: quæ est mira mutatio; si aliquid miri sit in Interpolatoribus. Supra voces φόβος δ' ἦν, videtur scriptum fuisse ναυάταις vel ναυβάταις, explicationis gratiâ. Ea vox, cum metro satisfaceret, & simul locum planiorem redderet, in Contextum videtur admissa. ναυάτης vero pro ναυβάτης, spuriam esse vocem, & Græcis ignotam censet doctiss. *Hemsterhusius* ad Polluc. lib. VII. c. 29. p. 781. & in *Addendis*. Ὥςε μὴ conjunctim, vel ὥςε & μὴ separatim, sæpe omitti possunt, sensu salvo. vide *Electr.* 1257. *Med.* 1243. Priscianus p. 1196. *Attici* (dicunt) ἀπαγορεύω μὴ λέγω (l. λέγειν), καὶ, ἀπαγορεύω λέγειν. Exempla utriusque pleonasmi in ὥςε & in μὴ, frequentissimè occurrunt. Τέγξαι πόδα est phrasis nautica (ut *facere pedem*, Virgilio) & significat *navem evertere*, ex Consequenti: nam ὁ πῦς (navis quidam funis) non potest τέγξαι vel τέγγεσθαι, nisi *eversa navi*.

Ver. 1382. Βὰς εἰς θάλασσαν,] Euripideum magis, Βάς τ' εἰς θάλασσαν.

Ver. 1383. ἐντὸς εὐσήμυ νεῶς.] Conjeceram εὐσέλμυ, ex Homer. *Il.* B. 179. Auctore *Rhesi* 97. & aliis. confirmat B. & *Piersonus* Verisimil. I. 2. p. 25.

Ibid. εὐσέλμυ νεώς.
Τὸ δ' ὐρανῦ ———
Ἄγαλμας νηὸς ἐκ μέσης ἐφθέγξατο

Τά τ' ἀρανῆ πέσημα, τῆς Διὸς κόρης
Ἄγαλμα. νηὸς δ' ἐκ μέσης ἐφθέγξατο
Βοή τις· Ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται νεώς,
Λάβεσθε κώπας, ῥόθιά τε λευκαίνετε·
Ἔχομεν γὰρ ἣνπερ ἕνεκ' Εὔξεινον πόρον
Συμπλησιάδων ἔσωθεν εἰσεπλεύσαμεν.
Οἱ δὲ ξεναγὸν ἡδὺν ἐκβρυχώμενοι,
Ἔπαισαν ἅλμην. ναῦς δ' ἕως μὲν ἐντὸς ἦν
Λιμένος, ἐχώρει· σόμια διαπερῶσα δὲ,
Λάβρῳ κλύδωνι συμπεσοῦσ' ἠπείγετο.

Ver. 1385. Deest δ'
1386. Βοήν τιν'.

Βοήν τιν'.] *Statua*, inquit, *ex nave media locuta est*. Quomodo, quæsò, *in navem venit* Statua? ejus enim rei nulla adhuc facta mentio. Pro Βοήν τιν' omnes *Parisi* habent Βοή τις. Lego,

Βάς τ' *(Oreſtes)* εἰς θάλασσαν, κἀπὶ κλίμακος θορὼν,
Ἔθηκ' ἀδελφὴν ἐντὸς εὐσέλμου νεώς,
Τό τ' ἀρανῆ πίσημα, τῆς Διὸς κόρης
Ἄγαλμα. νηὸς δ' ἐκ μέσης ἐφθέγξατο
Βοή τις· Ὦ γῆς &c.

nam ſi Oreſtes Iphigeniam in navem imponeret, neceſſe erat ut Statuam ſimul imponeret, ver. 1045, ſed neceſſe erat ut hoc narraretur; nam hæc erat *cauſſa unica* ob quam Oreſtes & Pylades huc navigabant. Βοή τις ἐφθέγξατο, ut *Andromach.* 1147. vid. *Bacch.* 1076. Pauſan. *Meſſeniac.* p. 233. ed. Sylb.

Ver. 1386. Ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται νεώς,
Λάβεσθε κώπας, ῥόθιά τε λευκαίνετε,] Placeret, ſi vellent exemplaria, Ὦ τῆσδ' Ἑλλάδος ναῦται νεὼς, Λάβεσθε κώπας, &c. ναῦται νεὼς; ut *Supplic.* 509. Ἑλλάδος νεὼς, ut ver. 1292. κώπας conjecerat *Barneſius*. Legi poſſet, ῥόθιά τ' ἐπιλευκαίνεῖς, vel forte cum *Scalig.* ἐκλευκαίνετε, vel ἐλλευκαίνετε. *Pierſonus* τῆς Ἑλλάδος, &. κώπαισί τε ῥόθια λευκαίνεῖς.

Ver. 1388. Editt. priores Εὔξεινον, *Barneſ.* Εὔξεινον. vid. ad ver. 125.

Ver. 1389. Συμπληγάδων ἔσωθεν] Potuit ſcripſiſſe magis ex arte, Συμπληγάδων τ' ἔσωθεν. Sed Codd. non variant; neque in Ἔχομεν & συνεπλεύσαμεν: pro quibus, ſecundâ perſonâ uti potuit Ἔχεῖς & συνεπλεύσαῖς.

Ver. 1393. συμπεσοῦσ' ἠπείγετο] A. συμπεσοῦσ' ἀπῆρτο. unde feceram συμπεσοῦσ' ἀπῆρτο, quia ſtatim dicitur, ὦθει πάλιν πρυμνήσια. Sed *Pierſonus*, ἐπείχετο, p. 27. *Veriſim.*

Δεινὸς

Δεινὸς γὰρ ἐλθὼν ἄνεμος ἐξαίφνης, νεὼς
Ὤθει πάλιν πρυμνήσι'. οἱ δ' ἐκαρτέρουν,
Πρὸς κῦμα λακτίζοντες· εἰς γῆν δὴ πάλιν
Κλύδων παλίρρους ἦγε ναῦν· σταθεῖσα δὲ
Ἀγαμέμνονος παῖς, εὔξατ'. Ὦ Λητοῦς κόρη,
Σῶσόν με τὴν σὴν ἱερίαν, πρὸς Ἑλλάδα
Ἐκ βαρβάρου γῆς, καὶ κλοπαῖς σύγγνωθ' ἐμαῖς.
Φιλεῖς δὲ καὶ σὺ σὸν κασίγνητον, θεά,
Φιλεῖν δὲ κἀμὲ τοὺς ὁμαίμονας δόκει.
Ναῦται δ' ἐπευφήμησαν εὐχαῖσιν κόρης
Παιᾶνα, γυμνὰς ἐκ χερῶν ἐπωμίδας
Κώπῃ προσαρμόσαντες, ἐκ κελεύσματος.
Μᾶλλον δὲ μᾶλλον πρὸς πέτρας ᾔει σκάφος.
Χ' ᾧ μέν τις εἰς θάλασσαν ὡρμήθη ποσὶν,
Ἄλλος δὲ πλεκτὰς ἐξανῆπτεν ἀγκύλας.

Ver. 1396. λακτίζοντες. γῆν δὲ πάλιν
1399. ἱερείαν,
1408. Ἄλλοι—ἐξανῆπτον ἀγκύρας.

Ver. 1396. Pro εἰς δὲ γῆν, omnes Gallici εις γην δη. & sic edidi. Ver. 1399. Rectè *Barnesius* ἱερίαν pro ἱερείαν.

Ver. 1404. ἐκ ΧΕΡΩΝ ἐπωμίδας] Conjeceram, γυμνὰς ἐκ ΠΕΠΛΩΝ ἐπωμίδας, *nudatos vestibus humeros remo* (i. e. remigationi) *cum adplicuissent*. Sic *Ion*. 1208.

γυμνὰ δ' ἐκ ΠΕΠΛΩΝ μέλη
Ὑπὲρ τραπέζης ἦχ' ὁ μαντευτὸς γόνος.

neque pœnitet conjecturæ, quamquam omnes Codices habent γυμνας εκβαλοντες επωμιδας· quod ex Interpolatione natum videtur, & vestigia τοῦ, ἐκ πέπλων, apparent in syllabis εκβαλον, quibus addiderint τες, metro supplendo. Contra in Anthologia lib. IV. cap. 3. p. 320. ed. Steph. (459. ed. *Brodæi*) ubi nunc legitur πέπλω, scripsit Auctor, nisi omnia fallunt, χερὶ.

Ver. 1408. πλεκτὰς ἐξανῆπτον ἀγκύρας.] Secunda in ἀγκύρας longa est. Ἐξανῆπτον ἀγκύρας videtur huc translatum ex versu 1351. Cod. A. εξανηπτεν. C. αλλος—εξανηπτεν. Lego,

Ἄλλος δὲ πλεκτὰς ἐξανῆπτεν ἀγκύλας.

Alius vero funes ex nave *suspendebat curvos.*

Πλεκταὶ sunt *funes*, Pollux X. 31. Hesychius. *Troas*. 1010. Xenophon. p. 842. B.

Κἀγὼ μὲν εὐθὺς πρὸς σὲ δεῦρ' ἀπεσάλην,
Σοὶ τὰς ἐκεῖθεν σημανῶν, ἄναξ, τύχας.
Ἀλλ' ἕρπε, δεσμὰ χ' βρόχυς λαβὼν χεροῖν·
Εἰ μὴ γὰρ οἶδμα νήνεμον γενήσεται,
Οὐκ ἔστιν ἐλπὶς τοῖς ξένοις σωτηρίας.
Πόντια δ' ἀνάκτωρ, Ἴλιόν τ' ἐπίσκοπε,
Σεμνὸς Ποσειδῶν, Πελοπίδαις δ' ἐναντίος.
Καὶ νῦν παρέξει τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον
Σοὶ, χ' πολίταις, ὡς ἔοικεν, ἐν χεροῖν,
Λαβεῖν τ' ἀδελφὴν, ἢ φόνον τὸν Αὐλίδι
Ἀμνημόνευτον θεᾷ προδοῦσ' ἀλίσκεσθαι.
Χο. Ὦ τλῆμον Ἰφιγένεια, συγγόνῳ μέτα
Θανῇ, πάλιν μολοῦσα δεσποσῶν χέρας.
Θο. Ὦ πάντες αὐτοὶ τῆσδε βαρβάρου χθονὸς,
Οὐκ, εἶα, πώλοις ἐμβαλόντες ἡνίας,
Παράκτιοι δραμεῖσθε, καὶκολὰς νεὼς
Ἑλληνίδος δέξεσθε; σὺν δὲ τῇ θεῷ
Σπεύδοντες, ἄνδρας δυσσεβεῖς θηράσεσθε;
Οἷδ' ὠκυπομπὸς ἔλξετ' εἰς πόντον πλάτας,
Ὡς ἐκ θαλάσσης, ἔκ τε γῆς ἱππεύμασι

Ver. 1415. Πελοπίδαις τ' ἐναντίος.] Editiones δ' pro τ'. hoc (τ') verius puto. Pro λαβεῖν τ' ἀδελφὴν *Pierſonus* λαβόντ' ἀδελφὴν, *Veriſimil.* p. 28.

Ver. 1420. Ἀμνημόνευτον θεᾷ &c.] Non bene intelligo hunc verſum, idcirco Contextum & Interpretationem, ſicut erant, reliqui. Obvium eſt, Ἀμνημόνευτος θεᾶς, &c. *Iph. Aul.* 1003.

Ver. 1425. σὺν δὲ τῇ θεῷ
Σπεύδοντες,] *Et adjuvante Deâ feſtinantes.* Aliter diſtingui poteſt, σὺν δὲ, τῇ θεῷ Σπεύδοντες, & verti, *ſimul verò, cauſſâ Deæ feſtinantes*, i. e. in gratiam Deæ. Hoc multo potius videtur: nam σὺν τῇ θεᾷ, *adjuvante Dea*, falſum diceret.

Ver. 1427. Οἱ δ' ὠκυπομπὸς] Recte Οἱ δ', neque mutandum in Ἦδη, &; ſed intelligendum eſt Οἱ μὲν ſupra, ante ἐμβαλόντες (cui hic reſpondet Οἱ δὲ) quod in Verſione penitè expreſſit *Barneſius*, & in Nota monuit.

Λαβόν-

Λαβόντες αὐτὰς, ἢ κατὰ σύφλα πέτρας
Ῥίψωμεν, ἢ σκόλοψι πήξωμεν δέμας;
Τμᾶς δὲ, τὰς τῶνδ' ἴσορας βουλευμάτων,
Γυναῖκας, αὖθις, ἥνίκ' ἂν σχολὴν λάβω,
Ποινασόμεσθα. νῦν δὲ τὴν προκειμένην
Σπουδὴν ἔχοντες, ἡ μενοῦμεν ἥσυχοι.

Αθη. Ποῖ, ποῖ διωγμὸν τόνδε πορθμεύεις, ἄναξ
Θόας; ἄκουσον τῆσδ' Ἀθηναίας λόγου.
Παῦσαι διώκων, ῥεῦμά τ' ἐξορμῶν στρατῷ·
Πεπρωμένοις γὰρ θεσφάτοισι Λοξίου
Δεῦρ' ἦλθ' Ὀρέστης, τῶν τ' Ἐρινύων χόλον
Φεύγων, ἀδελφῆς τ' Ἄρτεμος εἰσπέμψων δέμας,
Ἄσυλόν θ' ἱερὸν εἰς ἐμὴν ἄξων χθόνα.
Πρὸς μέν σ' ὅδ' ἡμῖν μῦθος· ὃν δ' ἀποκλῄειν
Δοκεῖς Ὀρέστην, πομπίῳ λαβὼν σάλῳ,
Ἥδη Ποσειδῶν, χάριν ἐμὴν, ἀκύμονα
Πόντου τίθησι νῶτα, πορθμεύων πλάτῃ.
Μαθὼν δ', Ὀρέστα, τὰς ἐμὰς ἐπιστολὰς,

Ver. 1429. καὶ σύφλα

1433. τῶν προκειμένην, vel τῶν προκειμένων

Ver. 1429. ἢ καὶ σύφλα πέτρας] Divido, καὶ τύφλ' &c ita *Reiskius*. Sumtum forte ex Æschyli *Prom. Vinct.* ver. 747. vide *Bacch.* 1135. Ver. 1432. Pro Γυναῖκας, forte Γυναῖκες. Ver. 1433. Non male τῶν προκειμένων, ut Sophocl. *Antig.* 1336. & Auctor *Rhesi* 984. Sed A. B. τὴν προκειμένην. sic ἀγῶνα τὸν προκείμενον, *Oreſt.* 845. *Phœniſſ.* 797. & Auctor *ad Hebræos* XII. 1. & multa talia, quæ non adduco.

Ver. 1426. τῆσδ' Ἀθηναίας λόγου.] Verum puto, ἄκουσον τόσδ'— λόγους: ut *Supplic.* 1183. Ἄκου', Θησεῦ, τόσδ' Ἀθηναίας λόγους.

Ver. 1439. τῶν τ' Ἐρινύων χόλον] Monui ad *Supplic.* ver. 702. p. 169. legendum videri τόν τ', non τῶν τ': quia Ἐρινύες, utpote Nomen Proprium, pronuntur absque Articulo per totum hoc Drama. Poſt verſum 1441. Ἄσυλόν θ' ἱερὸν &c. Codd. A. C. addunt, τῶν νῦν παρόντων σημαίων ἀναψυχας. Similiter quidem ſcribit in *Hippolyto*, 605. Τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἄκος μόνον.

Κλύεις

Κλύεις γὰρ αὐδὴν, καίπερ ἐ πᾳρὼν, θεᾶς,
Χώρει λαβὼν ἄλσαλμα, σύγγονόν τε σήν.
Ὅταν δ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλῃς,
Χῶρός τίς ἐστιν Ἀτθίδος πρὸς ἑσπέρους
Ὄροισι, γείτων δειράδος Καρυστίας,
Ἱερὸς, Ἄλαι νιν δῆμος ὀνομάζει λεώς·
Ἔνταῦθα τάξας ναὸν, ἱδρῦσαι βρέτας,
Ἐπώνυμον τῆς Ταυρικῆς, πόνων τε σῶν,
Οὓς ἐξεμόχθεις περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα,
Οἴστροις Ἐριννύων· Ἄρτεμιν δέ νιν βροτοὶ
Τολοιπὸν ὑμνήσουσι Ταυροπόλον θεάν.
Νόμον τε θέσθαι τόνδ', ὅθ' ἑορτάζῃ λεὼς
Τῆς σῆς σφαγῆς ἄποινα, ἐπιχέτω ξίφος.

Ver. 1458. θίσθε

Ver. 1447. (Κλύεις γὰρ ——— θεᾶς)] Hic locus ita diſtingui debet,

(Κλύεις γὰρ αὐδὴν, καίπερ ἐ πᾳρὼν) Θεᾶς
Χώρει λαβὼν ἄλσαλμα, &c.

Θεᾶς ἄλσαλμα conjungenda ſunt ut ver. 1480. & paſſim. Plautus videri poteſt egiſſe Interpretem hujus parentheſeως, *Amphitrion*, III. 3. *Audis quæ dico, tametſi præſens non ades.* Jupiter Mercurium alloquitur.

Ver. 1453. τάξας ναὸν,] Τεύξας ναὸν ſcribere potuit, ut Hom. *Odyſſ.* XII. 346. quod eſt τεύξασθαι νηὸν *Hymn. in Apoll.* 221. paullo poſt τεύξει νηὸν, ver. 258. vid. Pindar. *Pyth.* VII. Lycophron. ver. 1128. Auctor *Rheſi* 959. Hoc jam video placuiſſe Cl. Pierſono *Veriſimil.* p. 28. Si vulgata retineatur, τάξας ναὸν erit, *poſtquam impetraveris* (injunxeris) *templum*, ſcil. Athenienſibus exſtruendum.

Ver. 1455. Οὓς ἐξεμόχθεις περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα.] Vide ſupra ad ver. 84. Pro ἐξεμόχθεις A. εξεμοχθης.

Ver. 1458. Νόμον δὲ θίσθε τόνδ', ὅθ' ἑορτάζῃ λεὼς] A. θισθαι. quod cum indefinitum ſit, ſignificare poteſt vel *tu pone* vel, *populus ponat.* Pro ἑορτάζῃ leg. forte ἑορτάζει, quia ὅτι *quando* cum Indicativo ſemper utitur Euripides, niſi fallor. ἑορτάζει, opinor, triſyllabum eſt. B. C. οταν pro ὅθ'. Scribi quoque poteſt, θίσθω, ſc. λεὼς.

Δέρη

Δέρη πρὸς ἀνδρὸς, αἷμά τ' ἐξαννύετω
Ὁσίας ἕκαλι θεᾶς, ὅπως τιμὰς ἔχῃ.
Σὲ δ' ἀμφὶ σεμνὰς, Ἰφιγένεια, κλίμακας
Βραυρωνίας δεῖ τῆσδε κληδοῦχεῖν θεᾶς.

Οὖ

Ver. 1460. αἷμά τ' ἐξαννύετω,] Secunda in ἀνύω fere brevis eſt. unde ſcrib. opinor ἐξαντλίτω. Suidas: Ἀντλεῖν εἰ Ἀττικοὶ ὅπερ ἡμεῖς ἀνύειν. ſed quid eſt ἀνύειν?

Ver. 1461. Ὁσίας ἕκαλι θεᾶς.] Ceperunt Ὁσίας pro Adjectivo, conjungendo cum θεᾶς, ſententiâ ſummè inſulsâ. Euripides, puto, dedit,

αἷμά τ' ἐξαντλίτω,
Ὁσίας ἕκαλι, θεᾶ θ' ὅπως τιμὰς ἔχῃ.

Duas cauſſas hujus actionis reddit. Ὁσίας ἕκαλι, eſt, Ὁσίας χάριν, Ὁσίας ἕνεκα, *Defungendæ religionis cauſſâ, dicis cauſſâ.* Locutionem, & mentem poëtæ, explicat Harpocration V. Ἀφοσιῶ. Exemplum rei habes apud Herodot. lib. IV. 154. vid. & Sophocl. *Antig.* 262. 786. & Gronovii *Obſervat.* lib. IV. c. 13, ad fin.

Ver. 1462. κλίμακας] *Scalas.* intellexi declivitates, inæqualitates, ex qualibus conſtitiſſe totam *Atticam* teſtatur Strabo. Pierſonus legit κύμακας, probante *Valckenaro* ad *Hippol.* ver. 73. p. 171.

Ver. 1463. τῆσδε κληδοῦχεῖν θεᾶς.] Obſervandus hic locus propter Conſtructionem, & propter raritatem Verbi κληδοῦχεῖν: ſi tamen integer & ſanus ſit; quod non ita eſſe vehementer ſuſpicor: tametſi eum ſic citet Ill. *Spanhemius* ad Callimach. p. 691. & vertat, *clavigeram Deæ fore.* Mihi videtur ita concipi debuiſſe,

Σὲ δ' ἀμφὶ σεμνὰς, Ἰφιγένεια, κλίμακας
Βραυρωνίας δεῖ, τῆσδε κληδοῦχον θεᾶς,
* *.
Οὖ καὶ τεθάψῃ &c.

Deeſſe puto aliquid in quo narrabatur quod ad reliquam Iphigeniæ *vitam* ſpectabat. ſequitur de *morte* ejus, *ſepultura & honoribus* poſt mortem. Hunc Actum alibi mutilum eſſe (neſcio quo caſu) obſervavi: vide Notam proxime ſequentem, & ad ver. 1214. 1223. 1234. 1469. Verbum κληδοῦχεῖν (ſi exiſteret) poſceret, opinor, τῇδε θεᾷ, ut Βακχίῳ χορεύσομεν, *Bacch.* 195. non τῆσδε θεᾶς. Quod deeſt hoc modo, vel multis aliis, ſupplerì poteſt, ſi quis incertis ſe oblectare amat,

τῆσδε κληδοῦχον θεᾶς,
[Οἰκεῖν, ὅτῳ σε βίοτος εὐδαίμων μένει·]
Οὖ καὶ τεθάψῃ &c.

Permulta

Οὖ χ τεθάψῃ καλθανοῦσα, χ πέπλων
Ἄλαλμά σοι θήσουσιν, εὐπήνης ὑφὰς,
Ἃς ἂν γυναῖκες ἐν τόποις ψυχορραγεῖς
Λείπωσ' ἐν οἴκοις. τάσδε δ' ἐκπέμπειν χθονὸς
Ἑλληνίδας γυναῖκας ἐξεφίεμαι,
* *
Γνώμης δικαίας, ἕνεκ' ἐξέσωσά σε,
Καὶ πρίν γ' Ἀρείοις ἐν πάλοις ψήφους ἴσας
Κρίνασ', Ὀρέστα, χ νόμισμ' εἰς ταυτόγε,
Νικᾶν,

Ver. 1469. ἐκσώσασά

Permulta ſunt Nomina in οχος deſinentia, quæ nullum habent Verbum cognatum; inter quæ, uti videtur, eſt κληδοῦχος: ut κερδοῦχος, στεφοῦχος, σκηπτοῦχος, ταμιοῦχος, ὑφανοῦχος, &c. ſed non invenies, opinor, κερυχέω, στεφυχίω, &c. Probandum erat, κληδοῦχος eſſe Græcam vocem, & uſitatam Conſtructionem τῆσδε Θεᾶς.. ego prius cum non poſſem probare, meritò dubitavi de utroque.

Ver. 1467. Λείπωσ' ἐν οἴκοις. τάσδε δ' ἐκπέμπειν χθονὸς
Ἑλληνίδας γυναῖκας ἐξεφίεμαι,
Γνώμης δικαίας, ἕνεκ' ἐξέσωσά σε,] Ita edidi vocem penultimam (pro vulgata ἐκσώσασά σε) ex *Canteri* conjecturâ, confirmatâ a Scholiaſt. Ariſtoph. *Ran.* 697. Ceterum in his tribus Iambis, *Tres* perſonas alloquitur Minerva, ſine ulla nota Tranſitionis, vel Perſonarum Diſtinctionis. nam iſta, Λείπωσ' ἐν οἴκοις, & quæ præcedunt, ad *Iphigeniam* evidenter dicta ſunt. ſequentia vero, τάσδε δ' ἐκπέμπειν &c. æque evidenter ad *Thoantem*, de Choro. Sed iſta, Γνώμης δικαίας &c. nemini, præter *Oreſten*, applicari poſſunt: & illi nominatim applicantur. Atque hinc clariſſimè patet (quod ſuſpicatus erat *Brodæus*, credere noluit *Barneſius*) nonnulla huic loco excidiſſe ante Γνώμης δικαίας: quæ porro verba nihil habent ad quod referantur. Hunc defectum aſteriſcis notavi. Pro θήσουσιν ver. 1465. nonnullæ Edit. (& inter eas *Aldina*) habent θήσω, metro deficiente.

Ver. 1471. καὶ νόμισμ' εἰς ταυτό γε
Νικᾶν, ἰσήρεις ὅτις ἂν ψήφους λάβῃ.] A. εις ταυτο με. Sententiam hanc, & ferè verba habes *Electr.* 1268.

Καὶ

Νικᾶν, ἰσήρεις ὅσις ἂν ψήφους λάβῃ.
Ἀλλ' ἐκκομίζω σὴν κασίγνητον χθονὸς,
Ἀγαμέμνονος παῖ, κ᾽ σὺ μὴ θυμῷ θόας.
Θο. Ἄνασσ' Ἀθάνα, τοῖσι τῶν θεῶν λόγοις
Ὅσις κλύων ἄπιστος, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ.
Ἐγὼ δ' Ὀρέστῃ τ', εἰ φέρων βρέτας θεᾶς
Βέβηκ', ἀδελφῇ τ', οὐχὶ θυμοῦμαι. τί γὰρ
Πρὸς τοὺς θένοντας θεοὺς ἀμιλλᾶσθαι καλόν;
Ἴτωσαν εἰς σὴν, σὺν θεᾶς ἀγάλμασι,
Γαῖαν, καθιδρύσαιντό τ' εὐτυχῶς βρέτας.
Πέμψω δὲ κ᾽ τάσδ' Ἑλλάδ' εἰς εὐδαίμονα
Γυναῖκας, ὥσπερ σὸν κέλευσμ' ἐφίεσαι·
Παύσω δὲ λοίχην, ἣν ἐπαίρομαι ξένοις,
Νηῶν τ' ἐρέμα· σοὶ τάδ' ὡς δοκεῖ, θεά.
Αθη. Αἰνῶ· τὸ γὰρ χρεών σε τε, κ᾽ θεῶν κρατεῖ.
Ἴτ', ὦ πνοαὶ, ναυσθλοῦσθε τὼ γαμέμνονος
Παῖδ'

Ver. 1486. Deeſt Αθη.

1487. ναυσθλοῦσαι τὸν Ἀγαμέμνονος

Καὶ τοῖσι λοιποῖς ὧδε νόμος τεθήσεται,
Νικᾶν, ἴσαις ψήφοισι τὸν φεύγοντ' ἀεί.

& Æſchylus de eadem re, *Eumenid.* 487. ubi Minerva dicit,

Θεσμὸν τόνδ', εἰς ἅπαντ' ἐγὼ θήσω χρόνον.

nihilominus non intelligo iſtud εἰς ταυτό γε, etiamſi admittatur *Scaligeri κεκανόνισμ'*, i. e. κεκανόνισμαι (quod tamen non admitto) *conſtitui, ſanxi.* Aliis forte nulla erit difficultas interpretantibus, καὶ νόμισμ' εἰς ταυτό γε, *& ſecundum eandem conſtitutionem,* νικᾷ (i. e. νικάτω) *vincat qui* &c. meliùs intellexiſſem, καὶ νόμισμ' ἔσται τόδε, Νικᾶν &c. *& hæc erit* Lex, *Ut vincat* &c. Parva eſt mutatio εις ταυ in εσαι, & τοσι in τοδι. Hoc verum puto.

Ver. 1485. θεά.] C. θια, caſu tertio. quod defendi poteſt: licet verius exiſtimem θεά. vide ad ver. 1233.

Ver. 1486. Αἰνῶ· τὸ γὰρ χρεὼν &c.] Huic verſui præfigitur Αθη. perſona in Cod. B. Recte.

Ver. 1487. ναυσθλοῦσθε τὸν Ἀγαμέμνονος
Παῖδ' εἰς Ἀθήνας·] Legendum, τὼ γαμέμνονος Παῖδ',

i. e.

Παῖδ' εἰς Ἀθήνας. συμπορεύομαι δ' ἐγὼ,
Σώζων σ' ἀδελφῆς τῆς ἐμῆς σεμνὸν βρέτας.

ΑΝΑΠΑΙΣΤΟΙ.

Ἴτ', ἐπ' εὐτυχίᾳ, τῆς σωζομένης
Μοίρας εὐδαίμονες ὄντες.
Χο. Ἀλλ' ὦ σεμνὴ παρά τ' ἀθανάταις,
Καὶ παρὰ θνητοῖς, Παλλὰς Ἀθάνα,
Δρώσομεν ὅτως ὡς σὺ κελεύεις·
Μάλα γὰρ τερπνὸν, καὶ ἐλπιστὸν
Φήμην ἀχαιοῖσι δέδεσμαι.

Ὦ μέγα σεμνὴ Νίκη, τὸν ἐμὸν
Βίοτον κάλεχοις,
Καὶ μὴ λήθοις στεφανοῦσα.

i. e. Παῖδε dualiter. *utergue* enim debebat Athenas proficiſci. Sed τὸν παῖδα denotaret Oreſten *ſolum*. Ναυσθλῶσθε (pro ναυσθλῶσαι) quæ erat *Scaligeri* conjectura, firmatur ab A. & C.

Huic Iambo Ἴτ', ὦ πόλαι &c. præfigitur Απολ, ſeu perſona *Apollinis* in B. C. Non rectè, opinor: quia in Veterum Tragœdiis *duo Dii* ἐκ μηχανῆς nunquam, quod ſcio, adhibentur. nam *Caſtor* & *Pollux* qui apparent in Cataſtrophe *Helenæ* & *Electræ* Noſtri, pro *uno* tantùm Numine habendi ſunt. Neſcivit Interpolator, Minervam fuiſſe *ſororem* (ὁμοπάτριον) Dianæ: Soph. *Oed. Tyr.* 166. Nolter *Ion.* 467. Unde putavit *Apollinem* neceſſarium eſſe, propter iſta, ἀδελφῆς τῆς ἐμῆς, ver. 1489.

Ver. 1490. Ἴτ' ἐπ' εὐτυχίᾳ τῆς σωζομένης
Μοίρας, &c.] Diſtinguendum poſt εὐτυχίᾳ, non poſt Μοίρας. Ἴτε ἐπ' εὐτυχίᾳ, eſt, Ἴτε εὐτυχεῖς, εὐτυχῶς, ἐπ' εὐτυχεῖ πάσαν, *Iph. Aul.* 1523. Εὐδαίμονες τῆς μοίρας, eſt ἕνεκα τῆς μοίρας: ut, ὦ δίκαιος ἀθλίαν τύχην, *Hecub.* 425. ubi nunc legitur ἀθλίας. Pro εὐδαίμονες C. εὐδαιμόρος. perperam. ὄντες pro ὄσαι, Atticè.

Ver. 1497. Ὦ μέγα σεμνὴ Νίκη.] Precatio Poëtæ, pro bono ſucceſſu Dramatis ſui, ut in *Oreſte* & *Phœniſſis*, ubi ſcribitur Νίκη, quod præmonuerim.

Exempla

Exempla vocum in ultima ſyllaba depravatarum, Ex *Iphigenia in Tauris.*

	Iphig. in Tauris.	Forte leg.
Ver. 11.	Ἑλληνικῶν	Ἑλληνικὸν
14.	Ἑλένης	Ἑλένην
58.	βάλυσί με	βάλωσ' ἐμαί.
78.	Ἐπειδὴ	Ἐπεὶ γὰρ
112.	προσφέροντα	προσφέροντε
135.	αὐδένδρων	εὐδένδρυ
172.	πάρος τύμβυ	πρὸς τύμβον
176.	ἔνθα	ἐν τᾷ
190.	μόχθων	μόχθυ
194.	ἱερὸν	ἱερᾶς
210.	θαλάμαις	θαλάμοις
225.	αἱμάσσυσ'	οἰμώζυσ'
227.	Οὐδ'	Οὐδὲν
240.	τῦ	τό με
241.	Συμπληγάδων	Συμπληγάδα
253.	Ἀκταῖσιν	Ἄκραις
258.	ὐδέπω	ὐδ', ὅπως
261.	ὑλοφορβοὶ	ὑλοφορβὺς
269.	χεῖρα	χεῖρε
288.	χιτώνων	ἐχιδνῶν
292.	μορφῆς	φωνῆς
312.	εὐπήκτοις ὑφαῖς	εὐπήνυς ὑφὰς
341.	Ἕλλην, ὃς	Ἕλληνος
355.	Συμπληγάδας	Συμπληγάδος
358.	τῆς	τῇ γ'
419.	κεναὶ δόξαι.	κενόδοξοι.
430.	Μέλπυσιν	Μελπυσᾶν
439.	δεσποσύνας	δεσποσύνοις
456.	διδύμοις	δίδυμοι
473.	τυγχάνοι,	τυγχάνει,
475.	ὅτι	ὅτῳ
483.	λυπεῖς	λυπεῖ γ'
495.	Ἕλληνος	Ἕλλην εἶ
552.	Δεινὸς	Δεινῶς
579.	σπυδαῖς	ταύταις
587.	ταῦτα	τάδε
603.	γενέσθαι·	γενέσθω·
610.	ὀρθὸς	ὀρθῶς

Iphig.

Iphig. in Tauris.	Forte leg.
Ver. 697. ὐν ἄπαις	ὐθ' ἅπας
710. ἐνεγκὼν	ἐνίγκας
742. καὐτὴ	καὐτὸν
769. τ' Ἀγαμέμνονος	τὺ 'γαμέμνονος
773. λόγοις ἔκπλησσέ	λόγω δ' ἔκπλησσέ
789. ὀμόσασ'	ὀμόσας
795. ἐκπεπληγμένη	ἐκπεπληγμένος
811. ἄκυε—'Ηλέκτρα	ἀκοῆ—'Ηλέκτρας
813. ἡνίκ' ἦν	ἦν εἶχον
820. μητρὶ δῦσα σῇ	μήτρ' ἴδως τῇ σῇ
844. Ἀμπλάμενος	Ἀμπλαμένα
904. Λήξαιμι	Λήξαντι
944. σῶων	λόγων
976. λαβὼν	λακὼν
1018. νόει Νόστον	νοστεῖ Νόστ.
1041. ἐρᾷ.	ἐρῶ.
1042. εἰ ἐπ' ἔκβολον;	εἶπας ἐκβολήν;
1049. σφε	γε
1055. φίλε τ' ἀδελφῷ	φίλης τ' ἀδελφῆς
1119. κάμνεις	κάμνει
1148. Χαίτας	χλιδᾶς
1158. ὠλένῃ;	ὠλέναις;
1161. δίδωμ'	δίδως
1171. ἦλθον τὸν	ἠλθέτην
1184. σώσαις	σώσῃς
1188. τοῖς ξένοις	τοῖν ξένοιν
1201. ποῖα	ποτ' ἂν
1203. γενέσθω;	γενέσθαι;
1216. μόλοις	μόλῃς
1265. Ὕπνε	Ὕπνῳ
1340. καίῃρει	κατῆρες
1350. πρώρας	πρώραν
Ibid. ἱπποτίδων Ἀγκύρας	ἱππολίδος Ἄλκυραν
1383. Βοήν τιν'	Βοή τις
1404. χερῶν	πέπλων
1408. ἀγκύρας	ἀγκύλας
1471. εἰς ταυτό γε	ἔχει τόδε
1487. τὸν Ἀγαμέμνον.	τὼ 'γαμέμνονε.

ADDENDA.

ADDENDA

Ex *Lectionibus Euripidis* Cl. *Muſgravii*, & *Appendice*.

IPHIG. AULID. Ver. 124. Pro λίκτρ' ἀμπλάκων legendum λίκτρων ἄμπλακῶν, p. 6. Mox diſtinguit: Αγ. Τόδε καὶ δικαίον. Πρ. Σήμαιν' ὅ,τι φῄς. p. 12.

Ver. 394. Pro οἶμαι δ' ἴσον μορίᾳ φρενῶν, legit, οὗ μαίνει σφε μορίᾳ φρενῶν, *quò eos impellit ſtultitia mentis*: rationes ibi vide. p. 28.

Ver. 547. Μαινόμεν' οἴκτων] Legerim, Γέμομεν οἴκτων, *pleni ſumus æſtris*. p. 89.

Ver. 865. ἂν ὥστε] Legendum videtur ἀνοιστέος ex Plutarcho. p. 90.

Ver. 1530. κάρα τιὸν] Κάρα θ' ἱὸν. ibid.

Ver. 1573. Στρατὸς τ' Ἀχαιῶν, Ἀσαμίνοι τ' ἄναξ ὁμῶ] Vox Ἀσαμίνων penultimam neceſſariò corripit. p. 3. & p. 6. ubi vide.

IPHIG. TAUR. Ver. 189. Pro Τί' ἐν reponendum puto Θοίν. p. 91.

Ver. 533. ὡς ἔστι γὰρ] ὡς εἴ' τί γὰρ &c. ibid.

Ver. 1144. Παρθένος εὐδοκίμων γάμων] Interpretor, *virgo honeſtis nuptiis oriunda*. p. 92.

Ver. 1149. Ἐς ἴριν ὀρνυμένα,] Legendum, metri gratiâ, ὀρ-μένα. ibid.

Ver. 1207. Καλαχεύψαντες] Lege, Κρᾶτα κεύψαντες, *capita obnubentes*. ibid.

Ver. 1300. Perſonas ſic reſtituo:

Χο. Μαίνη· τί δ' —
Οὐκ εἶ —
Αγ. Οὔ, σφίν γ' —
Εἶτ' ἔνδον —
Ὦ, χαλᾶτε — p. 93. Et eodem modo *Auctor Appendicis*, p. 141.

Ver. 1353. τὴν ξίνην] Scrib. τῇ ξίνῃ: ſcalas & rudentes in mare (τῇ ξίνῃ) *Iphigeniæ* demittebant. p. 47.

Ver. 1356. Scribendum conjunctim διευθυντηρίας & an legendum Οἴακος vel Οἴακά τ'? p. 48.

Ver. 1359. Pro ξόανον reponendum fortasse ξέσμα. ibid.

Ver. 1371. Pro ξυνάπτειν legit ξυνάττειν, idem quod in præcedentibus ἀπ' ἀμφοῖν ἅμα ἀκοντίζεσθαι. p. 50.

Ver. 1393. ἠπείγετο (non ἐπείχετο *Piersoni*, neque ἐπίσχετο aut ἐτείρετο *Reiskii*) est *jactabatur*, *vexabatur*. Homer. *Odyss.* Ψ. ver. 234.

Ver. 1404. ἐκ χερῶν ἐπωμίδας] Sententia postulat ἐξ ἐπωμίδων χέρας. p. 52.

Ver. 1460. ἐξαννυέτω] ἐξανιέτω, ab ἐξανίημι. p. 123, & ita legendum *Herc. Fur.* 625.

Ex *Appendice*.

Iphig. Aulid. Ver. 354. Pro μὴ νεῶν legit μὴ ὀ νεών. & ver. 355. τὸ πέδιον ἐμπλήσαις, pro τε πέδιον ἐμπλήσας— p. 138.

Ver. 1204. Pro ὑπόστροφον rescribit ἀπότροφον, *procul* (a matre) *nutritam*. p. 139.

Ver. 1324. Pro πομπὰν (natâ ex antecedente πομπαίαν, & male a præcedentibus divulsâ) legit πνοιὰν: post quam vocem plenè distinguit. Deinde, Χαίρει (scil. Ζεὺς, non χαίρειν) subaudito Verbo, vel Participio, δίδωσι sc. vel διδὺς, πέμπει vel πέμπων, vel tali aliquo: nisi forte pro μειλίσσων reponendum sit εἰλίσσων: vid. *Phœniss.* ver. 3. p. 140.

Iphig. Taur. Ver. 123. Εὐφαμεῖτ' &c. *Chora* hæc tribuenda sunt, usque ad ver. 143. p. 140.

Ver. 223. Legit & distinguit,

Κερκίδι Παλλάδος Ἀτθίδος εἰκὼ
Καὶ Τιτάνων
Ποικίλλουσ', ἀλλ' αἱμοῤῥάντων
Δυσφόρμιγγι ξείνων
Αἱμάσσουσ' ἄτα βωμοὺς,
Οἰκτράν τ' αἰαζόντων αὐδὰν,
Οἰκτρόν τ' ἐκβαλλόντων δάκρυον.

Vulgo deest Καὶ, & legitur δυσφόρμιγγα ἄταν, &, Οὐδ' ἀνοικτρόν τ' ἐκβαλλόντων—loco aliter distincto & disposito. p. 141.

Ver. 365. Pro ἐμὴ scribit ἐμὲ, scil. σέθεν κατακτείνοντος ἐμὲ: & νῦν pro νιν. p. 141.

Ver. 373. Pro τοῦτον εἱλόμην χεροῖν, omnino legendum, οὔτ' ἀνειλόμην, cum minima distinctione post ὄλωλεν: & κασιγνήτῃ, casu tertio. p. 142.

Ver.

Ver. 861. Φεῦ, φεῦ χειρίδων &c. *Iphigeniæ* attribuit: verſum ſequentem, Ὦμωξα &c. *Oreſti:* deinde, Ἀπάτορα, & ſequentem, *Iphigeniæ*. p. 143.

Ver. 886. Pro ἄρα ſcribit παρὰ, diſtinguens poſt πιλάσεις: & δι' ὁδὸς pro διόδους. ibid.

In utroque omiſi ea in quibus conſentimus, aut quæ ex MSS. hauſta, vel in Notis ſuperioribus memorata ſunt. Alia aliquot mea ab aliis (vel potius, eorum a me) jam video, me inſcio, occupata.

FINIS.

BOOKS *printed for* J. NICHOLS.

I. EURIPIDIS Drama SUPPLICES MULIERES, ad Codd. Mſſ. recenſitum, &, Verſione correctâ, Notis uberioribus illuſtratum. Accedit, De Græcorum Quintâ Declinatione Imparisyllabicâ, & inde formatâ Latinorum Tertiâ, Quæſtio Grammatica. Curâ JER. MARKLANDI, Coll. Div. Pet. Cant. Socii. 8vo. Price 6s. bound.

II. Remarks on the Epiſtles of Cicero to Brutus, and of Brutus to Cicero: In a Letter to a Friend. With a Diſſertation upon Four Orations aſcribed to M. Tullius Cicero. To which are added, ſome Extracts out of the Notes of Learned Men upon thoſe Orations; and Obſervations on them. By Mr. MARKLAND. 8vo. Price 5s. ſewed.

III. M. Tullii Ciceronis ad Q. Fratrem Dialogi Tres de Oratore. Ex Mſſ. emendavit, Notiſque illuſtravit, Z. PEARCE, Epiſcopus Roſſenſis. 8vo. 6s. bound.

IV. NOVUM TESTAMENTUM GRÆCUM, ad Fidem Græcorum ſolùm Codicum MSS. expreſſum, adſtipulante JOANNE JACOBO WETSTENIO; juxta Sectiones Jo. ALBERTI BENGELII diviſum; & novâ Interpunctione ſæpius illuſtratum. On a large Type, Quarto. Price One Guinea in Boards.

V. Conjectures and Obſervations on the New Teſtament. By Mr. BOWYER. Third Edition, Quarto. Price One Guinea in Boards.

VI. Biographical and Literary Anecdotes of WILLIAM BOWYER, Printer, F. S. A. By J. NICHOLS, his Apprentice, Partner, and Succeſſor. Price One Guinea in Boards.

VII. Biographical Anecdotes of WILLIAM HOGARTH; and a Catalogue of his Works chronologically arranged. By J. NICHOLS. A New Edition, Corrected, and greatly Enlarged. 8vo. Price 6s. in Boards.

VIII. A SELECT COLLECTION of POEMS: With NOTES, Biographical and Hiſtorical, by J. NICHOLS; embelliſhed with Portraits of DRYDEN, TEMPLE, KING, STEELE, ATTERBURY, DUNCOMBE, CLEIVELAND, and SPENCE, elegantly engraved by BASIRE, COLLYER, and COOK. In Eight Volumes, ſmall Octavo, Price One Guinea in Boards.

IX. The Epiſtolary Correſpondence of Biſhop ATTERBURY. With Notes by J. Nichols. Two Vols. 8vo. Price 10s. in Boards.

IPHIGENIA IN AULIDE.

ACTUS PRIMUS.

Aga. O Senex, ante hanc domum
Procede. *Sen.* Procedo. Quid verò novi moliris,
Rex Agamemnon? *Aga.* Audies. *Sen.* Propero.
Admodum ſenectus mea inſomnis *eſt*,
Et in oculis meis acris adeſt.
Aga. Quæ ſtella hæc vehitur *cælo?*
Sen. Sirius, prope ſeptemplicem
Pleiada ruens, in medio curſu adhuc.
Aga. Non igitur eſt ſonitus neque avium,
Neque maris; & ſilentia ventorum
Hunc Euripum tenent.
Sen. Quid verò tu extra tentorium proruis,
Agamemnon rex?
Adhuc verò quies *eſt* hîc in Aulide,
Et *ſunt* immotæ cuſtodiæ murorum:
Eamus intrò. *Aga.* Felicem duco te, ſenex;
Felicem autem duco mortalium, quicunque ſine periculo
Vitam tranſegit ignotus, inglorius:
Minùs verò felices duco illos, qui ſunt in honoribus.
Sen. Atqui decus vitæ *eſt* in hac re.
Aga. Hoc verò decus eſt lubricum:
Et principatus

Dulcis quidem *eſt cum abeſt*, ſed dolore afficit cùm adeſt.
Aliquando enim Deorum cultus non ritè peractus, evertere ſolet vitam:
Aliquando verò hominum ſententiæ variæ,
Et quibus placere difficile eſt, ſolent pungere.
Sen. Non laudo iſta a viro principe.
Non ad omnia bona genuit te,
O Agamemnon, Atreus:
Oportet autem te gaudere, & dolere;
Es enim mortalis: &, etiamſi tu non velis, *tamen*
Dii ſic volunt.
Tu verò lucernæ lumen aperiens,
Epiſtolam & ſcribis
Hanc quam adhuc geris in manibus,
Et eandem ſcripturam rurſus confundis,
Et obſignas, & poſtea reſignas,
Abjicísque tabellas humi, largas
Lacrymas effundens:
Et nulla inopia conſilii tibi deeſt,
Ut non inſanias. quid mali habes? quid mali habes?
Quid novi, quid novi tibi accidit, ô rex?
Age, communica ſermonem nobiſcum:
Dices autem viro bono, & fideli:
Nam tuæ conjugi quondam Tyndareus me
Miſit dotem, *i. e. pro dotis parte*,
Probumque ſponſæ communem curatorem.

Aga. Fuerunt Ledæ Theſtiadi tres filiæ,
Phœbe, & Clytæmneſtra mea conjunx,
Et Helena: hujus qui præſtare opibus maximè exiſtimati ſunt,
Proci venerunt, adoleſcentes Græciæ.
Atroces verò minæ, & mutua invidia
Conſtabat *ab eo*, quiſquis non conſecutus fuiſſet virginem.

Hæc

Hæc autem res dubium habebat patrem Tyndareum,
Daret, an non daret, & quomodo fortunam
Optimè attingeret; & hoc ei venit in mentem,
Ut jusjurandum mutuò darent, & dextras conjungerent
Proci inter ſe, & per ardentes victimas
Libationes demitterent, & cum imprecationibus ſe aſtringerent ad hæc,
Cui uxor obtigiſſet Tyndaris puella,
Huic ſe ſimul opitulaturos eſſe, ſi quis ex domo capiens *eam*
Abiret, & depelleret à lecto maritum,
Et adverſus illum militaturos, & everſuros urbem *ejus*,
Græcam, ſive barbaram, manu armata.
Poſtquam autem adacti fuerant ad dandam fidem, & aſtutè ſenex
Tyndareus eos fefellerat callido conſilio;
Conceſſit filiæ ut eligeret unum ex procis,
Ad quemcunque grati Veneris flatus *eam* ferrent.
Illa verò elegit (utinam nunquam accepiſſet!)
Menelaum. Veniens autem ex Phrygibus dearum
Iſte judex (ut habet ſermo Græcorum)
Lacedæmona, florens ornatu veſtium,
Et auro ſplendens, barbarico luxu,
Amans amantem abiit cum ex *patria* abripuiſſet
Helenam, ad Idæ bovilia, clam peregre profecto
Menelao. ille verò amore & deſiderio conjugis percitus Græciam peragrabat,
Teſtatur vetus jusjurandum Tyndareo datum,
Quòd oporteat opem ferre injuria affectis.
Hinc igitur Græci ruentes ad bellum,
Armis correptis, ad anguſtas Aulidis ſedes
Hujus veniunt, navibus, & clypeis ſimul,
Et equis & multis curribus inſtructi:

Et me Imperatorem, Menelai gratiâ,
Elegerunt, fratrem ſanè ejus. dignitatem verò
Hanc utinam aliquis alius nactus eſſet, non ego!
Collecto enim, & conſtituto exercitu,
Sedemus, cùm non poſſimus navigare, in Aulide.
Calchas verò vates nobis, quid faceremus neſcientibus,
Reſpondit, Iphigeniam, quam genui ego,
Mactandam Dianæ, habitanti hoc ſolum;
Et ſic futuram navigationem, & everſionem Phrygum,
Mactantibus *Iphigeniam*; non mactantibus verò, non fore hæc.
Hæc autem audiens ego, claro præconio
Juſſi Talthybium dimittere totum exercitum,
Utpote nunquam paſſurus meam filiam occidi.
Ubi ſane me frater, omnes admovens orationes,
Perſuaſit ſuſcipere dira: & in epiſtolæ plicis
Scribens, miſi ad meam uxorem,
Ut mittat filiam tanquam nupturam Achilli;
Et amplificans dignitatem viri,
Et dicens, quòd non velit navigare cum Achivis,
Niſi à nobis veniat uxor ad Phthiam.
Hoc enim argumento uſus ſum ad conjugem meam,
Falſas prætexens de puella nuptias.
Soli verò ex Græcis ſcimus, quomodo ſe habeant hæc,
Ego, Calchas, Ulyſſes, & Menelaus. Sed quæ non rectè
Tunc decrevi, rurſus reſcribo rectè
In has tabellas, quas in umbra noctis
Solventem & colligantem vidiſti me, ſenex.
Sed eia, vade, accipiens hanc epiſtolam,
Ad Argos. Sed quæ occultat epiſtola in plicis,
Verbis exponam tibi omnia, quæ in *ea ſunt* ſcripta:

Es

Es enim fidelis conjugi & meæ familiæ.
Sen. Dic, & ſignifica, ut linguâ quoque
Conſentanea tuis ſcriptis dicam.
Aga. *Has mitto tibi præter priores*
Literas, ô Ledæ germen,
Ne mittas tuam filiam ad
Sinuoſam alam Eubœæ,
Et ad Aulidem, quæ non obruitur fluctibus:
Nam anno proxime ſequenti
Filiæ Hymenæos epulis celebrabimus.
Sen. Et quomodo Achilles fruſtratus conjuge,
Non valde incandeſcens incitabit iram
Adverſus te, & tuam conjugem?
Hoc etiam eſt periculoſum: dic quid *de ea re* ſentias.
Aga. Prætextum, non rem, præbens Achilles,
Nihil novit de nuptiis, neque quid agamus,
Neque quod illius nomine filiam nuncupaverim,
Promittens nuptiales in complexuum
Congreſſus me daturum eam lectis ejus.
Sen. Atrocia certè audebas, rex Agamemnon:
Ita Deæ *filio* tuam filiam ſponſam
Cum nuncupaſſes, adducere volebas eam victimam pro Danais?
Aga. Hei mihi, mente excidi:
Heu heu, incidi autem in calamitatem.
Sed vade, agitans tuum pedem, ſenectæ
Non cedens.
Sen. Propero, rex.
Aga. Ne nunc, nec nemoribus cinctos conſideas *juxta*
Fontes, neque demulcearis ſomno.
Sen. Bona verba, quæſo!
Aga. Ubique verò cum præteris biviam viam,
Vide, obſervans ne aliqua te lateat
Velocibus rotis prætervecta,
Filiam *meam* portans huc rheda
Danaorum ad naves.

Sen. Fiet. *Aga.* Ex foribus autem exi:
Nam ſi nunc miſſioni occurras,
Retrò flectes fræna *eorum*,
Mittens ad ſolum Cyclopum, *i. e. Argos.*
Sen. Quomodo autem credetur mihi dicenti hæc
A filia tua, & tua conjuge, dic?
Aga. Serva ſigillum, quod tabellis impoſitum
His portas.
Vade: hoc lumen jam candefacit
Aurora fulgens,
Et ignis equorum Solis.
Adjuva *me in his* laboribus.
Nemo autem mortalium *eſt* perfectè beatus,
Neque felix:
Nullus enim adhuc natus eſt omnis doloris
expers. [*Exeunt.*

EPODICA.

Strophe 1.

Ch. 1 Veni ad littoralem
2 Arenam maritimæ Aulidis,
3 Per fluctus Euripi
4 Navigans, anguſto-trajectu
5 Chalcidem, urbem meam, relin-
6 quens, altricem aquarum vicinarum-mari
7 Inclytæ Arethuſæ,
8 Ut viderem exercitum Achivorum,
9 Et remos, qui naves promovent Achivorum
10 Juvenum: nam ad Troi-
11 am remis mille navium,
12 Flavum Menelaum
13 Noſtri mariti
14 Dicunt, & nobilem Agamemnonem,
15 Expeditionem ſuſcipere ad Helenam repetendam,
16 Ab Eurota arundinoſo
17 Quam abduxit Paris paſtor,
18 Munus Veneris,

19 Quando

Quando ad aquam fontanam
Cum Junone & Pallade litem, litem
De forma, Venus habuit.

Antiſtrophe 1.

Per nemus autem multorum-ſacrificiorum Di-
anæ veni concitata,
Genam meam rubefaciens
Pudore juvenili,
Clypei munimentum *(i. e. militum caſtra)*, & tentoria
Armifera Danaorum vo-
lens & equorum turmas videre.
Vidi autem duos Ajaces contubernales,
Oilei, & Telamonis filium,
Coronam *decúsque* Salaminiis;
Et Proteſilaum, in ſedibus
Delectantes ſe calculorum figu-
ris multiplicibus;
Et Palamedem, quem genuit filius Ne-
ptuni; & Diomedem volu-
ptatibus diſci gaudentem:
Et juxta, Merionem, Martis
Germen, miraculum hominibus;
Et à montibus inſularibus *profectum*
Laërtis filium; & ſimul Ni-
reum, formoſiſſimum Græcorum.

Epodus 1.

Et parem vento pedibus
Celeriter currentem Achillem,
Quem genuit Thetis, &
Chiron inſtituit,
Vidi *in* littore,
Et ad arenas
Curſum habentem, *i. e*, *currentem* in armis:
Faciebat autem certamen pedibus

Contra currum quadrijugum,
Agitans *corpus* pro victoria.
Auriga verò clamabat Eu-
melus Pheretiades,
Cui vidi pulcherrimos
Equos frænis auro variè ornatis insignes
Stimulo impelli,
Medios quidem, nempe jugales, al-
bis maculis distinctâ comâ varios,
Illos verò qui extra *jugum* erant, *nempe* funarios,
Pares in flexibus cursuum,
Rufis conspicuos pilis, & un-
gulis in cruribus
Variegatos pelle.
Juxta quos currebat
Pelides armatus, juxta rotarum orbem,
Et fistulas (*i. e. modiolos*) curules.

Strophe II.

Navium autem ad *ingentem* numerum veni,
Et spectaculum inenarrabile,
Muliebrem visum oculorum
Ut implerem dulci voluptate.
Et cornu quidem erat
Dextrum remi tenens, *i. e. dextrum classis cornu tenebat*
Phthioticus Myrmidonum exercitus,
Quinquaginta navibus impetuosis.
Aureis verò simulachris *sculptæ*
In summa *navium parte* stabant Nereides Deæ,
In puppibus, signum exercitus Achillei.

Antistrophe II.

Argivorum verò paribus-instructæ-remis
Naves stabant propè;
Quarum dux Mecistei
Erat filius (quem educavit pater Talaus),

Et Capanei filius
Sthenelus. Ex Attica verò ducens
Sexaginta naves Theſei
Filius, deinceps habebat ſtationem, Deam
Palladem in Munychiis
Alatis curribus *(i. e. navibus)* habens collocatam,
Fauſtum quoddam ſignum nautis.

Strophe III.

Et claſſem Bœotorum, marinas
Naves quinquaginta vidi;
Signum bene-inſtructis
His Cadmus erat
Aureum draconem tenens,
In navium roſtris.
Leïtus verò terrigena
Dux erat navalis exercitus:
Et ex terra Phocenſi *claſſem vidi.*
Locras verò his *numero* pares duxit
Naves Oïlei filius, claram
Throniada urbem relinquens.

Antiſtrophe III.

Ex Mycenis verò Cyclopeis
Filius Atrei *(Agamemnon)* mittebat nautas
Centum navium collectos:
Et ſimul erat Adraſtus (*Meneläus*)
Dux, ut amicus cum amico,
Helenæ illius, quæ deſeruerat domum
Barbararum gratiâ nuptiarum,
Ut ſumeret Græcia vindictam.
Ex Pylo autem Neſtoris
Gerenii vidi
In puppibus ſignum, taurinis pedibus
Viſu, *ſcil.* accolam Alpheum.

Epodus

Epodus III.

Ænianum autem duodecim classis
Navium erat, quibus rex Guneus
Imperabat. prope verò istos,
Elidis principes,
Quos Epeos vocabat omnis populus:
Eurytus autem imperabat his.
Albis verò remis instructam classem
Taphiam ducebat Meges, cui
Præerat, Phylei filius,
Relictis Echinadibus
Insulis, quæ nautis non sunt accommodæ.
Ajax autem alumnus Salaminis,
Dextrum cornu
Sinistro conjungebat:
Hæc prope habebat stationem, remis *ea*
Extremis conjungens, *nempe*
Duodecim celerrimis
Navibus, ut audivi, & nauticum
Populum vidi;
Cui si quis committat
Barbaricas naves,
Non auferet reditum, *domum non redibit.*
Hîc autem audivi, vidi
Navalem expeditionem, *vel, agmen navale.*
Nonnulla verò audiens domi de convocato,
Memoriam servo, exercitu.

ACTUS SECUNDUS.

Sen. MENELAE, audes atrocia, quæ te non decet audere.
Me. Apage, nimis fidelis es dominis.
Sen. Honeſtum ſane probrum mihi exprobras.
Me. Plorabis, ſi facias, quæ te non decet facere.
Sen. Non oportebat te aperire literas, quas ego ferebam.
Me. Neque oportet te ferre mala omnibus Græcis.
Sen. Cum aliis contende de his rebus; relinque verò mihi has *literas*.
Me. Non relinquam. *Seu.* Neque ego dimittam.
Me. Citò igitur cruentabo caput tuum ſceptro.
Sen. Atqui glorioſum eſt mori pro dominis.
Me. Dimitte. cum ſis verò ſervus, dicis longas orationes?
Sen. O domine, injuriâ afficimur; tuas verò epiſtolas
Iſte rapiens ex meis manibus vi,
Agamemnon, non vult uti jure.

Aga. Au, quiſnam hic tumultus eſt in foribus & verborum indecentia?
Sen. Mea, non hujus oratio, eſt potior dictu.
Aga. Tu verò, Menelae, quare veniſti cum iſto in contentionem, & ducis eum vi?
Me. Aſpice ad nos (ut hinc ſumam initium orationis).
Aga. Num timens non aperiam oculos, ego natus ex Atreo?
Me. Vidésne hanc tabulam miniſtram peſſimorum facinorum?
Aga. Video; & primùm dimitte hanc ex tuis manibus.

Me.

Me. Non, priuſquam oſtendero omnibus Græcis quæ in *ea ſunt* ſcripta.

Aga. An igitur ſcis quæ non decet te ſcire, relaxato ſigillo?

Me. *Scio*, ut te dolore afficiam, apertis malis, quæ tu clam patraſti.

Aga. Ubi verò has *literas* etiam cepiſti? ô dii, ô tuæ impudentiam mentis!

Me. Expectans tua filia an Argis ventura ſit *ad* exercitum.

Aga. Quid verò te *res* meas obſervare oportet? nónne impudentis hoc *eſt?*

Me. Quia voluntas me incitabat: tuus verò ſervus non eram.

Aga. Nonne *ſunt hæc* atrocia? nonne permittar regere meam domum?

Me. Obliqua enim, *variáque* ſentis: alia quidem nunc, alia verò olim, alia verò mox.

Aga. Licet argutus ſis, lingua tamen arguta *eſt* odioſum malum.

Me. Inconſtans verò animus *eſt* injuſta res, & non certa amicis.

Volo autem te convincere, tu verò ſi præira verſere verum, non valde laudabo te ego.

Scis quando cupiebas præfici Græcis ad Ilium *profecturis*,

(Specie quidem nolens, voluntate verò cupiens,)

Quàm eras humilis, omnem dextram prehenſans,

Et habens fores patentes cuilibet popularium,

Et dans alloquium ordine omnibus, etiam ſi quis non cupiebat,

Moribus blandis quærens imperium, quod in medio jacebat, proprium facere?

Deinde poſtquam potitus es imperio, mutans mores,

Amicis prioribus non ampliùs fuiſti, ſicut antè, amicus,

Difficilis

Difficilis aditu, & rarus intra clauſtra? virum verò non decet
Probum, potentiâ pollentem, mores mutare,
Sed tunc maximè firmum eſſe amicis,
Quando ipſe fortunatus maximè poteſt *eos* juvare.
Hæc quidem tibi primùm objeci, ubi primùm te invemi malum.
Quum verò poſtea in Aulin veniſti, & totus Græcorum exercitus,
Nullus eras: ſed conſternabaris calamitate divinitus immiſsâ,
Secunda navigatione carens: Græci verò, ut dimitteres
Naves denunciabant, neque fruſtrà laborares in Aulide.
Quum verò miſerum vultum habebas, & confuſionem, utpote qui non ampliùs navibus
Mille jam imperabas, & qui Priami campum armatis militibus non impleveras,
Etiam me conſulebas, Quid faciam? quamnam viam reperiam alicunde?
Ne privatus imperio præclaram gloriam amitteres.
Deinde poſtquam ſacris factis, Calchas dixit, ut mactares tuam filiam
Dianæ, atque ita ſecundam navigationem fore Græcis, gaviſus animo,
Libens mactaturum te eſſe filiam tuam promiſiſti; & ſponte miſiſti
Ad uxorem tuam, (non coactus vi, ne dixeris iſtud) tuam filiam
Huc ut mitteret hoc prætextu, tanquam nupturam Achilli.
Deinde oblitus es te pedem retuliſſe, mutatâ epiſtolâ *dicens*
Quòd non adhuc ſis futurus interfector filiæ tuæ ullo modo.

Hic

Hic idem aër eſt teſtis, qui a te hæc (*tam contraria*) audivit.
Innumeris autem hoc accidit in negotiis gerendis,
Efficiunt *aliquid*: deinde excedunt turpiter,
Partim quidem ob ſtultum civium judicium, partim verò juſtè,
Cùm non poſſint ipſi tueri Rempublicam.
Ego potiſſimùm gemo *ob* miſeram Græciam,
Quæ cùm velit aliquid glorioſum gerere contra barbaros, nihili homines
Dimittet ridentes propter te, & tuam filiam.
Neminem ego facerem regionis præfectum alicujus propter opes,
Neque ducem exercitus: oportet ſapere rectorem
Civitatis: nam vir omnis *eſt* dux, ſi ſapientiam habeat.

Ch. Acerba *res eſt*, inter fratres fieri verba,
Et certamina, quando in contentionem inciderint.

Aga. Volo tibi viciſſim maledicere, breviter, non valde ſurſum
Supercilia & impudenter tollens; ſed modeſtiùs,
Utpote qui ſis frater meus. Homo enim bonus ſolet pudenter agere.
Dic mihi, quare acerba ſpiras, habens cruentum oculum?
Quis te injuriâ afficit? qua re indiges? conjugem meam habere cupis?
Non poſſum equidem tibi *eam* dare: quam enim poſſidebas, malè
Regebas. egó-ne verò pœnas dem maleficiorum tuorum, qui non peccavi?
An te meum imperium mordet? an in complexibus
Formoſam conjugem vis, ratione neglectâ,

Et

Et honeſtate, habere? hominis mali malæ *ſunt* voluptates.
Si verò ego, non rectè priùs ſentiens, ſententiam *poſtea* mutarim in melius, recto conſilio,
An ideò inſanio? tu magis *inſanis*, qui, amiſsâ malâ conjuge,
Eam recipere vis, Deo tibi fortunam ſecundam largiente.
Juraverunt Tyndareo juramentum ſtulti iſti
Nuptiarum-cupidi proci: ſed ſpes (ut arbitror) uxoris
[Formoſæ, induxit eos ad iſtud juramentum ſuſcipiendum]
Et effecit hoc magis, quàm tu, & tua potentia.
Quibus aſſumptis bellum gere, non mei gratiâ, ſed tuæ ſtultitiæ mentis.
[Non autem ideo inſenſibilis eſt Deus, ſed intelligit]
Malè pactum jusjurandum, & ſimul per vim extortum *fuiſſe*.
Ego verò non interficiam meos liberos. & tuum quidem commodum
Ultra jus erit, vindicta *ſcilicet tuæ* peſſimæ conjugis;
Me verò conficient noctes, diéſque lacrymis,
Facientem iniqua, & injuſta in liberos, quos genui?
Hæc tibi brevia dicta ſunt, & clara, & facilia.
Quòd ſi non vis ſapere *tu*, ego mea rectè curabo.

Ch. Hi contra diſſimiles ſunt priùs dictis
Sermonibus: probè autem habent, ut parcatur liberis.
Me. Heu heu, non igitur habeo miſer amicos.
Aga. Immo habes, ſi non vis perdere amicos.
Me. Ubi verò oſtendes quòd ſis ex eodem, quo ego, patre natus?

Aga.

Aga. Volo tecum ſapere, ſed non ſimul furere.
Me. Atqui oportet amicos cum amicis dolere communiter.
Aga. Mone me, cum afficis me bono; ſed non, quando dolore me afficis.
Me. Annon igitur tibi videtur in his laborare cum Græcia?
Aga. Græcia verò à neſcio quo lymphata Deo tecum inſanit.
Me. Tu gloriare igitur ſceptro, prodens tuum fratrem:
Ego verò ad alias artes me conferam,
Et ad alios amicos. *Nun.* O rex omnium Græcorum
Agamemnon, adſum adducens tibi tuam filiam,
Quam Iphigeniam nominaſti domi.
Mater autem *ejus eam* comitatur, tua conjunx Clytæmneſtra,
Et filius Oreſtes, ut delecteris conſpectu *horum*,
Jam pridem à *tuis* ædibus peregrè abſens.
Sed quia longum *iter* fecerunt, ad Eurytum
Fontem reficiunt fœmineos pedes
Hæ mulis, *vel* equabus: in gramen verò pratorum
Dimiſimus illas ut guſtent pabulum.
Ego verò præcurſor, ut tu paratus ſis,
Veni: exercitus enim *hoc* audivit; velox autem
Pervaſit fama, veniſſe tuam filiam.
Omnis verò exercitus curſu venit ad ſpectaculum.
Ut videant tuam filiam. Fortunati verò *viri*,
Inter omnes homines *ſunt* inclyti, & conſpicui.
Dicunt autem *alii*, *Nuptiæne aliquæ ſunt, aut quid agitur?*
An deſiderio affectus rex Agamemnon filiæ,
Curavit adduci eam? ab aliis hæc audires:
Dianæ initiant ad nuptias adoleſcentulam,

Reginæ

Reginæ Aulidis. quisnam eam ducturus est?
Sed eia: propter hæc, auspicare, *o Agamemnon*,
sacrificium,
Et coronator caput; & tu, rex Menelae,
Appara hymenæum; & in domo
Sonet tibia, & strepitus sit pedum:
Venit enim hic dies felix puellæ.
Aga. Bene habet: sed vade intra ædes:
Reliqua autem, favente fortunâ, fient.

Hei mihi, quid dicam miser? unde incipiam?
In quale vinculum necessitatis incidi?
Decepit *me* fortuna, ita ut astutiis
Meis longè sit astutior.
Ignobilitas verò quantum habet utilitatis!
Etenim licet illis facilè lacrymari,
Et dicere tristia: nobilibus verò genere
Omnia ista *negata sunt*. gubernatorem enim vitæ
Habemus populum, & servimus plebi.
Ego enim vereor emittere lacrymas,
Contra autem vereor miser non lacrymari,
In maximas calamitates delapsus,
Esto: quid dicam ad meam conjugem?
Quomodo excipiam eam? quos oculos *in eam* conjiciam?
Etenim me perdidit præter mala, quæ *habui* prius,
Cùm venerit non vocata. jure autem huc secuta est
Filiam, nuptias *ejus* celebratura & charissimam
Datura: in qua re me inventura est perfidum.

Hanc verò miseram virginem (quid virginem *eam appello?*
Pluto, ut opinor, eam brevi uxorem ducet)
Ut miseror; arbitror enim ipsam pro supplicatione hæc dicturam:

O pater, an occisurus es me? Tales nuptias
Celebres ipse, & quisquis tibi charus est!
Orestes autem propè stans, clamabit
Non intelligibilia *nobis alioquin* intelligentibus:
adhuc enim est infans.
Heu heu, ut perdidit me, nuptias cum Helena
Celebrans Paris filius Priami! quæ res mihi
fecit hæc.
Ch. Et ego misericordiâ commoveor. quemadmodum decet mulierem peregrinam
Propter calamitatem regum ingemiscere.
Me. Frater, da mihi ut tuam dextram contingam.
Aga. Do *manus:* tua est enim victoria, ego verò miser.
Me. Juro Pelopem, qui pater mei patris,
Et tui vocabatur, & per Atreum qui nos genuit,
Certè dicturum me tibi esse ex animo, apertè,
Et nihil artificiosum, sed ita ut sentio.
Ego cum viderem te ex oculis emittere lacrymas,
Misertus sum *tui*, & ipse vicissim emisi *lacrymas* tibi;
Et discedo à priore sententia,
Non in te crudelis: vado autem eò ubi tu nunc es,
Et tibi suadeo, ne interficias filiam *tuam*,
Neque anteferas meam *utilitatem:* non enim justum *est*,
Te quidem gemere, me verò suaviter habere:
Et tuos quidem mori, meos verò aspicere *hanc* lucem.
Quid enim volo? an non eximias nuptias
Alias apparare possum, si nuptias desidero?
Sed perdens fratrem, quem me minimè oportebat *perdere*,
Helenam accipiam, malum pro bono?
Stultus & juvenilis eram priùs: sed propiùs rem

Inspi-

Inſpiciens, video quale *malum* ſit interficere liberos.
Præterea verò me miſeratio infelicis puellæ
Subiit, cogitantem cognationem *noſtram*,
Quæ *puella* propter meam uxorem mactanda
Eſt. quid verò rei eſt tuæ filiæ cum Helena?
Est exercitus dimiſſus ex Aulide.
Tu verò deſiſte irrigare vultum tuum lacrymis,
Frater, & me provocare ad lacrymas.
Quòd ſiqua oracula de tua filia ſpectant ad me,
Nihil ad me pertineant: tibi tribuo meam partem.
Sed veni in mutationem à crudeli ſententia,
Affectus ſum quemadmodum æquum erat: *fratrem* eodem parte ſatum
Amans, mutatus ſum. Viri non mali mos eſt
Ille, ſemper optimâ ſententiâ uti.
Ch. Generoſa dixiſti, & Tantalo filio Jovis
Digna: non dedecoras tuos majores.
Aga. Laudo te, Menelae, quòd præter meam opinionem
Rectè hæc verba ſubjeciſti, & ut te decet.
Me. Diſcordia quædam accidit fratrum ex cupiditate
Et aviditate poſſidendi plus æqua parte hæreditatis: abominor
Talem cognationem, acerbam mutuò.
Aga. Atqui pervenimus in neceſſitatem
Cruentam cædem patrandi filiæ meæ.
Me. Quî? quis verò coget te tuam *filiam* occidere?
Aga. Univerſus conventus copiarum Græcarum.
Me. Non, ſi eas domum remittas.
Aga. Eatenus ſi poſſim fallere, illa in re non potero fallere.
Me. Quid eſt illud? non oportet turbam nimis timere.
Aga. Calchas aperiet oracula exercitui Græcorum.
Me. Non, ſi antè moriatur: hoc autem facile *eſt*.
Aga. Totum genus vatum eſt gloriæ cupidum malum.

Me. Neque in aliqua re bonum, neque utile, cum adeſt.
Aga. Illud verò nonne vides, quod me ſubit?
Me. Quomodo poſſum ſuſpicari de re quam tu non dicis?
Aga. Genus Siſyphi novit hæc omnia.
Me. Nihil eſt, in quo me & te lædet Ulyſſes.
Aga. Semper eſt varius, apud populum ſaltem.
Me. Ambitione quidem tenetur, ingenti malo.
Aga. Ergo puta eum, ſtantem in medio Græcorum,
Dicturum eſſe oracula ea, quæ enarravit Calchas,
Et quomodo ego promiſerim ſacrificium, quod deinde recuſem,
Dianæ me facturum: qui, aſſumto exercitu,
Me & te interfectis, Græcos puellam
Mactare jubebit. quòd ſi ad Argos fugero,
Venientes, cum ipſis mœnibus Cyclopiis
Diripient, & evertent terram.
Talia *ſunt* mea mala. ô me miſerum,
Ad quam anguſtiam à Diis in hac re nunc redigor!
Unam rem mihi caveto, Menelae, per exercitum
Veniens; ut ne Clytæmneſtra hæc
Reſciſcat, priuſquam Plutoni filiam meam apoſuero,
Ut ſim miſer cum pauciſſimis lacrymis.
Vóſque, ô peregrinæ, ſilentium ſervate.

EPODICA.

Strophe 1.

Ch. 1 Beati, qui moderatæ Deæ,
2 Et cum caſtitate ſunt participes
3 Lectorum Veneris,
4 Tranquillitate fruentes.

5 In-

Inſanimus, quum ſtimulans
Cupido auricomus geminos
Arcus intendit, Gratiarum
Unum quidem, ad felicem vitam;
Alterum verò, ad confuſionem vitæ.
Deprecor hunc *arcum* à noſtris
Thalamis, ô pulcherrima Venus.
Sit verò mihi moderata quidem
Gratia, & ſancti amores:
Et ſim particeps hujus Veneris;
Immoderatam verò rejiciam!

Antiſtrophe.

Diverſa autem *ſunt* ingenia mortalium,
Diſſimiles etiam *ſunt* moribus: *mos* verò rectus
Bonum eſt certum ſemper;
Et educatio bene inſtituta
Multum confert ad virtutem.
Etenim verecundiam ſapientia,
Et aliud quoque habet
Commodum, ut *ſcilicet* mente perſpicias
Officium *tuum*, ubi gloria affert
Famam non ſeneſcentem vitæ.
Magnum quiddam *eſt*, venari virtutem,
Mulieribus quidem in Venere
Caſtâ: viris verò contra
Ornatus *virtutum* quando ineſt multiplex,
In majus auget urbem.

Epodus.

Veniſti, ô Paris, *illinc*, ubi tu
Armentarius educatus es candidos
Apud Idæos vitulos,
Canens barbaricos modos Phrygiarum
Tibiarum, Olympi calamis

Imitationes inſpirans.
Mammoſæ verò boves paſcebantur,
Quando te dearum judicium expectavit,
Quod te *in* Græciam miſit
Antè ebore-revinctas
Domos; qui Helenæ
In adverſos oculos
Amorem injeciſti,
Amore verò tu ipſe ſtupefactus es.
Unde diſcordia, bellum Græcum cum haſtis
Et navibus ducit
Ad Pergama Trojæ.

Io, io. Magnæ magnorum *ſunt* felicitates!
Regis *filiam*
Videte Iphigeniam, dominam meam,
Et Clytæmneſtram filiam Tyndarei,
Quomodo ex magnis parentibus natæ ſint,
Et ad ſummam evectæ fortunam.
Dii *videntur* potentes & divites,
Minus beatis mortalibus.
Conſiſtamus, *ô* Chalcidis alumnæ,
Excipiamus reginam curru
Deſcendentem, non lubricè, in terram,
Placidè verò manibus, *&* comi mente,
Ne conſternetur recèns ad nos veniens.
Inclyta filia Agamemnonis.
Ne igitur tumultum, neque terrorem
Argivis
Hoſpitæ hoſpitibus præbeamus.

ACTUS

ACTUS TERTIUS.

Cly. BONUM augurium exiſtimamus hoc,
Nempe, tuam bonitatemque, & verborum comitatem:
Spem verò quandam habeo, quòd ad felices nuptias
Adſim, adducens ſponſam. Sed è curru
Efferte munera dotalia, quæ puellæ fero,
Et mittite ea diligenter in domum.
Tu verò, ô filia mea, relinque equeſtrem currum,
Ponens pedem tenerum: & ſimul infirmam,
Vos puellæ, eam in ulnis
Excipite, & deducite de curru:
Et mihi det aliqua fulcrum manûs,
Sedes currus ut relinquam commodè.
Aliquot verò *ex vobis* ſtate ante equina juga,
(Eſt enim meticuloſus, & qui verbis mulceri nequit, equinus oculus)
Et hunc puerum, Agamemnonis filium,
Oreſtem capite: eſt enim adhuc infans.
Dormis, ô fili *mi*, victus equeſtri vectatione?
Expergiſcere felices ad nuptias ſororis;
Boni enim viri affinitatem, cùm tu ipſe bonus ſis,
Accipies, Nerei filiæ diis par genus.
Filia Iphigenia, *veni* huc ad matrem,
Sta juxta pedem meum, beatam verò me
Iſtis hoſpitis vicina poſita oſtende;
Et, agedum, tuum charum patrem ſaluta.
Iphi. O mater accurrens, (ne autem ſuccenſeas)
Applicabóne pectus meum ad pectus patris?

Cly. O rex Agamemnon, in primis mihi colende,
Venimus, non immorigeræ tuis mandatis.
Iphi. Ego verò volo, ô pater, me ad tuum pectus
Accurrens applicare post longum tempus:
Cupio enim tuo conspectu frui. ne verò irascaris.
Aga. Fruere autem, ô mea filia: semper enim patrem
dilexisti
Præ liberis aliis, quos ego genui.
Iphi. O pater, intueor te lubens post longum tempus.
Aga. Et ego te; ex æquo utrisque convenit quod
dicis
Iphi. Salve: bene autem feciſti, pater, quòd me ad te
adduci curasti.
Aga. Equidem, ô filia, nescio an hoc vel affirmem,
vel negem.
Iphi. Au, quàm me turbatè intueris, tu qui dixisti te
libenter videre me!
Aga. Multa regi & duci curanda sunt.
Iphi. Da te mihi nunc, nec ad *alias* curas convertaris.
Aga. Atqui sum tecum totus, non alibi.
Iphi. Remitte igitur supercilium, & intende in me
oculum (*vel*, vultum) amicum.
Aga. Ecce lætor, sicut lætor, te videns, filia.
Iphi. Et tamen lacrymas ex oculis tuis profundis?
Aga. Longa enim *erit* nobis quæ secutura est absentia.
Iphi. Nescio, mi chariſſime pater, nescio quid velis.
Aga. Quòd prudenter loqueris, eò magis me ad miserationem commoves.
Iphi. Dicam igitur stulta, si modò te exhilarabo.
Aga. Papæ: non possum tacere: te verò laudo.
Iphi. Mane, ô pater, domi cum tuis liberis.
Aga. Cupio saltem: sed cùm non possim, doleo.
Iphi. Valeant hastæ, & mala Menelai.
Aga. Priùs alios perdent, quæ me perdiderunt.
Iphi. Quàm longum abfuiſti tempus in Aulidis receſſibus!
Aga. Prohibet me nunc etiam aliquid, non trajicere
exercitum.

Iphi.

Iphi. Pater, ubi dicunt Phrygas habitare?
Aga. Ubi utinam nunquam habitaſſet Paris Priami filius!
Iphi. Procul navigas, ô pater, poſtquam me reliqueris!
Aga. Eódem, ô filia, tu quoque venies cum patre.
Iphi. Oh: Utinam eſſet honeſtum mihi, tibíque, me navigationis comitem tecum ducere!
Aga. Tibi quoque *erit* navigatio, ut ſis memor patris.
Iphi. An cum matre navigatura, an ſola proficiſcar?
Aga. Sola, deſolata, ſeparata a patre & matre.
Iphi. Num in alias ædes me nuptui collocaturus es, pater?
Aga, Mitte hæc, non oportet virgines hæc ſcire.
Iphi. Pater, propere redi ex Phrygibus, rebus illic rectè curatis.
Aga, Oportet me priùs hîc quoddam ſacrificium facere,
Iphi. Sed cum ſacrificiis oportet quærere de religione?
Aga. Tu ſcies; aſtabis enim prope aquam luſtralem.
Iphi. O pater, igitur ſaltabimus circa aram.
Aga. Duco te hoc eſſe beatiorem, quàm me, quòd nihil *horum* intelligas.
Sed in domum eas, ut videant te puellæ,
O quæ dediſti mihi acerbum oſculum & dextram,
Longo tempore abſutura à patre!
O pectora, & genas, ô flavos capillos!
Quantum dolorem nobis attulit Troja,
Et Helena! deſino loqui: ſubitus enim
Humor oculorum urget me, cùm te tango.
Abi in domum. a te verò veniam peto ob hæc,
O filia Ledæ, ſi nimis miſerabiliter deploravi,
Achilli filiam collocaturus meam.
Collocationes enim *filiarum*, licet felices ſint, tamen

Angunt

Angunt genitorem, quando in alienas ædes
Tradit liberos pater, quos multo labore educavit,
Cly. Non ita insensibilis sum; passuram verò me
Et ipsam eadem existima, (ut nihil opus sit te monere)
Quando puellam educam cum hymenæo:
Sed mos, unà cum tempore, ista reprimit.
Nomen igitur scio *ejus* cui despondisti filiam,
Cupio autem scire ex quo genere sit & unde.
Aga. Ægina filia erat Asopi patris.
Cly. Hanc verò mortalium ne, an Deorum aliquis *uxorem sibi* junxit?
Aga. Jupiter: Æacum verò genuit, Œnones principem.
Cly. Sed quisnam filius Æaci obtinuit domum?
Aga. Peleus: Peleus autem habebat filiam Nerei.
Cly. Deone concedente, an invito Deo *eam* accipiens?
Aga. Jupiter desponsavit, & qui potestatem habuit (i. e. *pater*) dedit.
Cly. Ubinam verò ducit illam? an in fluctibus marinis?
Aga. *Ibi* ubi Chiron habitat venerandam sedem Pelii.
Cly. Ubi aiunt habitare genus Centaurorum?
Aga. Ibi dii celebrarunt nuptias Pelei.
Cly. Sed utrum *mater* Thetis educavit Achillem, an pater?
Aga. *Neuter*, *sed* Chiron; ne disceret mores malos hominum.
Cly. Hem: Sapiens educator, & sapientior qui tradidit educandum!
Aga. Talis vir maritus erit tuæ filiæ.
Cly. Non reprehendendus. Sed in qua urbe Græciæ habitat?
Aga. Ad flumen Apidanum, in finibus Phthiæ.
Cly. Eone abducet tuam meamque virginem?
Aga. Hæc erunt curæ illi, qui nanciscetur *ipsam*.
Cly. Sint vero beati! quo autem die ducet *eam*?

Aga.

Aga. Quum lunæ felix venerit orbis, *i. e. quum erit plenilunium.*

Cly. Jámne vero mactasti Deæ initiales victimas nuptiarum filiæ?

Aga. Mactaturus sum: & in hoc negotio sumus occupati.

Cly. An verò deinde celebrabis convivium nuptiale?

Aga. Cùm mactavero victimas, quas me diis immolare oportet.

Cly. Nos verò ubinam faciemus convivium mulieribus?

Aga. Hîc, ad naves Græcorum pulchris-puppibus-ornatas.

Cly. Incommode, et ex necessitate. attamen prosit!

Aga. O uxor, scísne igitur quid facere debes? pare autem mihi.

Cly. Qua in re? nam a te assuefacta fui obtemperare.

Aga. Nos quidem illic, ubi est sponsus——

Cly. An sine matre facietis aliquid *eorum*, quæ me facere oportet?

Aga. Dedemus tuam filiam, cum Græcis.

Cly. Sed ubi me interim oportet esse?

Aga. Proficiscere Argos, & cura virgines *tuas illic.*

Cly. Relictâ filiâ? quis verò præferet sublatam facem?

Aga. Ego exhibebo lumen, quod convenit sponsis.

Cly. Non hoc moris *est*, & tu ipse judicare debes hæc indecora.

Aga. Non te decet versari in exercitus turba.

Cly. Atqui decet *me* matrem meos saltem collocare liberos.

Aga. Decet etiam puellas non solas esse domi.

Cly. Benè custodiuntur firmis gynæceis.

Aga. Pare. *Cly.* Non per deam, reginam Argivorum. Profectus tu, quæ foris sunt age, res verò domesticas ego,

Quas oportet habere puellas nubentes.

Aga. Hei mihi! Frustrà veni, frustratúsque sum spe, Cupiens conjugem dimittere è conspectu.

Utor

Utor autem fallaciis, & adverſus chariſſimos
Excogito technas, & tamen undique vincor.
Attamen cum Calchante vate,
Quod deæ gratum, mihi verò non felix *futurum eſt*,
Percontaturus eo, calamitatem Græciæ.
Oportet autem virum ſapientem in ædibus alere
Uxorem commodam & bonam, aut *omnino* nullam alere.

[*Exeunt* Aga. & Cly.

EPODICA.

Strophe.

Ch. 1 Veniet igitur ad Simoënta, &
2 Argenteos vortices,
3 Cœtus exercitûs Græcorum,
4 Cum navibus, & dum armis
5 *Ad* Ilium, in Trojæ
6 Phœbeum ſolum:
7 Ubi audio Caſſandram
8 Diffundere flavos crines,
9 Viridi corona lauri
10 Ornatam, quando Dei
11 Vaticinæ neceſſitates inſpirant.

Antiſtrophe.

1 Stabunt autem in turribus
2 Trojæ, & circa muros
3 Trojani, cùm Mars æreis-ſcutis-armatus,
4 Marinus, *i. e. per mare vectus* pulchras-proras-habentibus navibus,
5 Remigatione appropinquabit
6 Ad Simoëntis alveos,
7 Geminorum in cælo

8 Dioſcurorum *(Caſtoris, & Pollucis)*, *ſororem*
Helenam
9 Referre cupiens à Priami domo
10 In terram Græciam, bello-laborantibus
11 Clypeis, & haſtis Græcorum.

Epodus.

1 Pergamum verò, urbem Phrygum,
2 Lapideas circa turres
3 Cingens Mars cruentus,
4 A cervicibus reſecta capita
5 Avellens, urbem Trojæ,
6 Evertens funditus iterum,
7 Faciet puellas multùm luctuoſas,
8 Et conjugem Priami.
9 Helena verò Jovis
10 Filia multùm plorans erit, *i. e. multùm lugebit*,
11 Relicto marito.
12 Neque mihi,
13 Neque meis liberorum liberis,
14 Hic metus unquam veniat,
15 Qualem divites Ly-
16 dæ, & uxores Phrygum
17 Inſtituent, ad telam collo-
18 quentes hæc inter ſeſe:
19 *Quis non comæ cincinnos,*
20 *Emiſſis lacrymis,*
21 *Patriâ pereunte, abſcindet,*
22 *Propter te filiam cygni ſuperbientis longo collo?*
23 *Si modò vera eſt fama,*
24 *Quòd Leda rem habuerit cum volanti ave,*
25 *Jovis quando in cygnum permutata eſt perſona:*
26 *Sive in tabulis Pieridum* (i. e. ſcriptis Poëtarum)
27 *Fabulæ hæc ad homines,*
28 *Tulerunt, intempeſtivè, & temerè.*

ACTUS QUARTUS.

Ach. UBINAM hîc eſt dux Græcorum? Quis miniſtrorum dicet, Pelei
Filium Achillem quærere eum ad fores?
Non enim ex æquo manemus Euripum juxta:
Nam alii quidem noſtrûm, expertes nuptiarum,
Relictis ædibus deſertis, hîc
Sedent in littore: alii verò habentes uxores, *ſunt*
Sine liberis: tam vehemens amor
Hujus expeditionis incidit Græciæ, non ſine Diis.
Quod igitur ad jus meum pertinet, id oportet me dicere:
Alius verò cui opus eſt, ipſe pro ſe dicet.
Relictis enim terra Pharſalia, & Peleo,
Maneo apud fluenta hæc tenuia Euripi,
Continens Myrmidones, qui *mihi* ſemper inſtantes,
Dicunt: *Achilles, quid exſpectamus? quàm longum tempus*
Adhuc oportet emetiri navigationis ad Trojam?
Fac ſi quid es facturus, aut abdue exercitum domum,
Iſtas Atridarum non exſpectans cunctationes.
Cly. O fili Deæ Nereidis, intus ſermonem
Tuum audiens, exivi ante ædes.
Ach. O veneranda verecundia, quamnam video
Fœminam, forma decente præditam?
Cly. Non eſt mirum te nos non noviſſe, quas antè non
Vidiſti. laudo verò te quòd colis verecundiam.
Ach. Quænam verò es? cur veniſti ad exercitum Græcorum,
Mulier ad viros munitos ſcutis?

Cly.

Cly. Sum quidem filia Ledæ ; Clytæmneſtra verò mihi .
Nomen; maritus verò eſt mihi rex Agamemnon.
Ach. Aptè dixiſti paucis quæ ſunt præcipua.
Non deçet autem me loqui cum mulieribus, *vel*, uxoribus.
Cly. Mane : quid fugis ? dextramque manui meæ
Conjunge, principium felicium nuptiarum.
Ach. Quid ais ? Egóne tibi dexteram ? vererémur
Agamemnonem, ſi tangerem quæ mihi non fas eſt tangere.
Cly. Maximè fas eſt, quum ducturus ſis meam
Filiam, ô fili Deæ marinæ *Thetidis* Nereidis.
Ach. Quas mihi nuptias tu dicis ? equidem ſtupor me habet, ô mulier :
Niſi quid vafri mente agitans, novum infers ſermonem.
Cly. Omnibus hoc inſitum eſt naturâ, ut vereantur amicos
Novos quum vident, & nuptiarum mentionem facientes.
Ach. Nunquam, mulier, ambivi tuam filiam,
Neque mihi venit ab Atridis ſermo *aliquis* de nuptiis.
Cly. Quid hoc tandem fuerit ? tu viciſſim meum ſermonem
Mirare : nam mihi mirus eſt tuus.
Ach. Conjice : ad utrumque noſtrûm pertinet hæc conjectare,
Nam fortaſſis decepti fuimus ambo verbis.
Cly. At profectò gravem contumeliam paſſa ſum : concilio nuptias
Quæ non ſunt, (i. e. falſas) ut videtur : horum me pudet.
Ach. Fortaſſe illuſit aliquis mihi & tibi.
Sed neglige iſta, ferâſque leviter.
Cly. Vale : non enim rectis ampliùs te oculis intueor,

Cùm

Cùm ſim mendax facta, & indigna mihi acciderint.

Ach. Et tibi tantundem eſt a me (i. e. *tu quoque vale*). maritum verò tuum
Vado quæſiturus iſtis in ædibus.

Sen. O hoſpes, nepos Æaci, mane: o, te dico Filium Deæ, & te filiam Ledæ.

Ach. Quis vocat, paullum apertis portis? ut ore perturbato vocat!

Sen. Servus: non inſoleſco hoc *nomine:* non enim me finit Fortuna.

Ach. Cujus *ſervus?* non meus: mea & Agamemnonis ſunt diverſa.

Sen. Hujuſce, quæ ante te ſtat, dante patre Tyndareo.

Ach. Stamus; dic, ſi quid vis, propter quæ me ſiſtis.

Sen. An igitur ſoli vos duo ſtatis ad has fores?

Cly. Potes loqui tanquam duobus nobis ſolis: egredere verò ex ædibus regiis.

Sen. O fortuna, & mea providentia, ſerva eos, quos volo!

Ach. Hæc oratio in longum tempus producetur: habet tamen aliquod pondus.

Cly. Quod ad dextram attinet, ne cunctare, ſi quid mihi vis dicere.

Sen. Scíſne igitur, quis ſim, et quàm tibi et tuis liberis fuerim fidus?

Cly. Scio ego te veterem mearum ædium eſſe miniſtrum.

Sen. *Scíſne* etiam quòd olim me tuæ dotis in partem accepit rex Agamemnon?

Cly. Veniſti Argos nobiſcum, & meus ſemper fuiſti.

Sen. Sic habet *res:* & tibi quidem ſum benevolus, minùs verò tuo marito.

Cly. Aperito nunc tandem nobis quid vis dicere.

Sen. Pater vult filiam tuam, qui genuit, suâ manu occidere.

Cly. Quomodo? abominor, ô senex, hunc sermonem: non enim es compos mentis.

Sen. Cædens gladio candidam cervicem miseræ puellæ.

Cly. O me miseram! an igitur maritus meus insanit?

Sen. Mentis compos *is quidem est*, sed non erga te, & tuam filiam. hac autem in re non sapit.

Cly. Qua de causa? quis malus Genius illum instigat?

Sen. Oracula, ut inquit Calchas, ut exercitus proficiscatur.

Cly. Quò? me miseram, infelicem etiam illam, quam pater est interfecturus;

Sen. Dardani ad sedes, *i. e. Trojam*, ut Helenam Menelaus recipiat.

Cly. In Iphigeniæ igitur perniciem reditus Helenæ erat decretus fatis?

Sen. Rem tenes omnem. Pater filiam tuam immolaturus est Dianæ.

Cly. Nuptiæ verò quem prætextum habebant, qui me ex ædibus adduxit?

Sen. Ut lubens adduceres tuam filiam, ut eam Achilli daturâ nuptui.

Cly. O filia, venis ad necem & tu, & mater tua.

Sen. Misera vos ambæ patimini: & dira ausus est Agamemnon.

Cly. Perii misera, oculíque non amplius retinent lacrymas.

Sen. *Jure*: siquidem acerbum est lacrymari orbatam liberis.

Cly. Sed tu, ô senex, unde dicis te hæc scire, atque audivisse?

Sen. Ibam adferens literas tibi, præter illas quæ antè erant scriptæ.

Cly. Utrum prohibuit *Agamemnon*, an jussit adducere filiam ad necem?

Sen. Prohibuit: tunc enim sanus mente erat tuus maritus.

Cly. Quomodo verò cùm ferres literas, mihi non tradebas eas?

Sen. Menelaus mihi *eas* eripuit, qui autor est horum malorum.

Cly. O fili Nereidis, ô fili Pelei, audis hæc?

Ach. Audio te esse miseram: quod verò ad me attinet, non leviter fero.

Cly. Interficient filiam meam, circumvenientes nos prætextu nuptiarum tuarum.

Ach. Et ego culpo maritum tuum, neque ita leviter fero.

Cly. Non verebor amplecti genua tua
Ego mortalis nati ex dea: quid enim ego gravitatem *adhuc* præ me fero?
Pro quanam re mihi magis laborandum, quàm pro filia?
Quamobrem opem feras, ô Deæ fili, & meo infortunio,
Et ei, quæ est dicta tua uxor: frustrà quidem, attamen
Coronans eam adduxi tanquam nupturam tibi:
Nunc verò ad mactationem adduco: tibi verò erit probro,
Qui non adjuveris *eam*. si enim *ei* nuptiis non fueris junctus,
Tamen nominatus fuisti proprius maritus miseræ puellæ.
Per mentum, per tuam dextram, pérque matrem *oro*.
Nam nomen tuum me perdidit, cui te oportet propugnare.
Non habeo aliam aram ad quam confugiam, quàm tua genua,
Neque amicus ullus mihi adest. audis verò Agamemnonis

Crudele

Crudele & audax consilium. veni autem, ut vides, mulier
Ad navalem exercitum, seditiosum, & ferocem ad mala perpetranda,
Utilem tamen, quum vult. si verò tu sustinueris me
Manu porrecta protegere, salvæ sumus: sin minùs, periimus.

Ch. Res est magni momenti parere, & adfert ingentem causſam amoris:
Communéque omnibus animalibus est, ut laborent pro *sua* prole.
Ach. Animus meus excelsus attollitur ulteriùs, *i. e. vehementer:*
Novit autem & malis dolere,
Et moderatè lætari secundis *rebus.*
Ch. Tales enim homines rationem inierunt
Rectè vitam degendi, cum consilio.
Ach. Est quidem ubi dulce sit, non nimiùm sapere:
Est etiam tempus, in quo utile sit esse sapientem.
Ego autem nutritus in *ædibus* pientissimi viri
Chironis, didici habere simplices mores:
Et Atridis, si ducum officio rectè fungantur,
Parebimus: quando autem non rectè, non parebimus: sed hîc, & in Troja, liberum animum
Exhibens, Martem (quantum in me est) ornabo pugnando.
Te verò, ô passa miseranda à charissimis,
Quatenus quidem à viro juvene præstari potest,
Tantam induens te commiserationem, protegam;
Et nunquam mactabitur à patre tua filia,
Quæ mea dicta est: non enim ad fraudes nectendas
Concedam ego tuo marito meam personam.
Nomen enim meum, etiam si non sustulit ferrum,

Interficiet tuam filiam: cauſa autem *hujus cædes eſt*
Maritus tuus. meum verò corpus non ampliùs eſt purum,
Si propter me, & propter meas nuptias pereat
Virgo, quæ atrocia, & non ferenda tulit,
Miris & indignis modis contumeliâ affecta.
Ego igitur Græcorum *omnium* vir eſſem peſſimus,
Ego *eſſem homo* nullius precii (Menelaus verò in virorum numero *haberetur*)
Ut non ex Peleo natus, ſed ex malo genio,
Siquidem meum nomen cædis prætextum adminiſtret tuo marito.
Per educatum in humidis fluctibus
Nereum, patrem Thetidis, quæ me peperit,
Non tanget tuam filiam rex Agamemnon,
Neque quiſquam, digitum ut admoveat *ejus* peplis:
Aut illuſtris erit Sipylus (urbecula Barbarorum,
Unde duces (*Agam. & Menel.*) orti ſunt) patria
Phthia verò mea nullibi habebit nomen.
Amaras autem molas ſalſas, & luſtrales aquas reportabit
Calchas vates. qualis autem vir eſt vates?
Vir qui pauca vera (multa verò falſa) dicit
Si ſcopum attigerit: ſin minùs, perit *vates*.
Nonne matrimonii cauſsâ ſexcentæ puellæ
Petunt meas nuptias? Sed hæc hactenus.
Rex autem Agamemnon affecit nos injuriâ.
Oportebat verò ipſum à me petere nomen meum, *ad*
Procationem filiæ. Clytæmneſtra autem mihi
Facillimè perſuaſa fuit, filiam ut daret marito:
Ac dediſſem eam Græcis, ſi ad Ilium
In hoc (*i. e. hac de cauſa*) laboraſſet trajectus: non recuſaſſemus

Augere

Augere publicum bonum *eorum* quibuscum milito.
Nunc verò nihil sum apud duces,
Nulliusque momenti ad rem benè gerendam, vel non gerendam.
Ensis *hic* fortasse sciet, quem, priusquam ad Trojam
Venero, polluam sanguine maculisque cædis,
Si quis mihi tuam filiam eripiet.
Sed sis quieta: ego tibi apparui Deus.
Maximum *est* discrimen: sed tamen fiet.
Ch. O Achilles, dixisti quæ te digna sunt,
Et *matre tua* deâ marinâ veneranda.
Cly. Heu! Utinam te laudare possem verbis neque nimis prolixè,
Neque nimis parcè; neque perdam hanc gratiam!
Boni enim cùm laudantur, aliquo modo
Oderunt eos qui laudant, si nimiùm *eos* laudent.
Erubesco autem afferens miserabilia verba,
Privatim laborans; tu verò *es* expers meorum malorum.
Sed tamen habet aliquam speciem, ut, etiamsi sit alienus
Vir bonus, afflictos juvet.
Miserere verò nostri: miseranda enim passa sum:
Quæ primùm quidem existimans me habituram te generum,
Fovi vanam spem: deinde tibi fortassis
Omen fuerit, *et tuis* nuptiis futuris, i. e. *conjugi*,
Moriens mea filia: quod te cavere oportet.
Sed bene quidem initio dixisti, bene etiam in fine:
Si enim volueris, servabitur mea filia.
Visne eam supplicem amplecti tuum genu?
Hoc quidem virgini parum *est* decorum. si tamen *ita* tibi videtur,
Veniet verecundè, oculos habens liberos.

Aut abſente *ea*, conſequar te ſimiliter affectum?
Ach. Maneat domi: pudica enim pudicè ſe gerunt.
Cly. Attamen quantum fieri poteſt, oportet ut petamus.
Ach. Tu neque filiam tuam adducito in meum conſpectum,
Neque veniamus in probrum, ô mulier, inconſideratum.
Exercitus enim collectus, nihil habens rerum ſuarum quod agat,
Amat injuſtas & maledicas fabulas,
Idem verò conſequemini, ſive ſupplices ad me veneritis,
Sive non ſupplex fueris: nam mihi *propoſitum* eſt certamen
Maximum, ut vos à malis liberem.
Itaque *hoc* uno audito, ſcias me non falſa dicturum.
Quòd ſi falſa dicam, & falsò te ludam,
Utinam moriar: ſi verò puellam ſervavero, ne moriar.
Cly. Sis felix, ſemper juvans afflictos.
Ach. Audi igitur nunc, ut res rectè geratur.
Cly. Quid hoc dicis, quare me oportet audire te?
Ach. Suadeamus iterum patri, ut meliùs ſapiat.
Cly. Eſt quidam ignavus, & nimis timet exercitum.
Ach. Sed ratio ſuperat *etiam* ignavos.
Cly. Frigida quidem *eſt* ſpes; ſed dic, quidnam oporteat me facere.
Ach. Supplicem te primùm illi præbeas, ne occidat liberos *ſuos*.
Quòd ſi reſtiterit, tibi ad me veniendum *eſt*.
Si enim perſuadebitur id quod vis, non opus erit ut mea ratio
Locum habeat: hoc *ipſum* enim ſalutem habet, *i. e. filiæ ſalutem feret*;
Et ego melior, *i. e. meliùs affectus* erga amicum ero,

Et

Et exercitus non culpabit me, si res
Ratione magis quàm viribus gessero.
Rebus autem bene perfectis, ex animo amicis *tuis*
Et tibi hæc erunt vel sine mea opera.
Cly. Quàm sapienter dixisti! faciendum verò ut tibi videtur.
Quòd si ista non perfecero, quæ ego cupio,
Ubi te rursus videbimus? quò me miseram oportet
Ire, ut inveniam tuam manum, auxiliatricem malis?
Ach. Nos te custodes, ubi opus *erit*, observabimus.
Ne quis autem te videat ire consternatam
Per exercitum Græcorum, neque paternam domum
Dedecores. nam Tyndareus non meretur
Malè audire: nam inter Græcos *est* magnus.
Cly. Ita faciam. præi; tibi me servire decet.
Si verò sunt dii, tu, cùm sis justus vir,
Bona consequeris; sin, quid prodest laborem sumere?

EPODICA.

Strophe.

Ch. 1 Qualem Hymenæus, per fistulam Libycam,
2 Et cum cithara amante-choreas,
3 Et sub fistulis calamo-factis
4 Edidit clamorem,
5 Quando per Pelium *montem* pulchricomæ
6 Pierides in convivio deorum,
7 Pedes aureis sandaliis ornatos
8 In terram incutientes,
9 Venerunt ad nuptias Pelei
10 Suaviter-canentes, Thetin resonantibus vo-
11 cibus, & Æacidem *Peleum*,

12 In montibus Centaurorum celebrantes,
13 In ſylva Peliaca?
14 Dardanides verò, Jovis
15 Thalamorum deliciæ charæ,
16 Nectar hauſit aureis
17 In poculorum cavitatibus,
18 Ganymedes Phrygius.
19 Prope verò candidam
20 Arenam ſaltantes
21 In orbem quinquaginta filiæ
22 Nerei, nuptias cum choreis celebrarunt.

Antiſtrophe.

1 Cum abiegnis verò *telis* & gramineis coronis
2 Turba venit equeſtris
3 Centaurorum, ad convivium deorum,
4 Et craterem Bacchi.
5 *Magnum*, clamaverunt autem, *O Nerei filia*,
6 Puellæ Theſſalicæ (i.e. *Muſæ*) *O magnum lumen*,
7 *Phœbus vates, & Parcarum*
8 *Sciens*, PARIES virum
9 *Chiron clarè dixit*,
10 *Qui veniet ad terram* (*haſta-*
11 *tis cum Myrmidonum*
12 *Militibus*) *Priami, inclytam*
13 *Regionem incenſurus*,
14 *Circa corpus aureorum*
15 *Armorum à Vulcano factorum*
16 *Armatus indumentis, Deæ*
17 *Matris dona geſtans*
18 Thetidis, *quæ ipſum peperit*
19 *Beatum*. Tunc Di-
20 i nobilis
21 Nereïdum nuptias celebrarunt
22 Præcipuæ, & Pelei hymenæum.

Epodus.

Epodus.

Te verò, *Iphigenia*, coronabunt in capite pulchricomam
Nexis *florum* coronis Græci, maculosam
Ceu saxeis ex antris profectam
Montium, intactam juvencam,
Humanum cruentantes guttur,
Non ad fistulam (*ad fistulæ sonum*) nutritam, neque ad cantum pastorum,
Sed apud matrem sponsæ ornatricem,
Alicui ex Argivis uxorem
Ubi *nunc* pudoris,
Aut virtutis habet vim,
Ut possit aliquid, facies,
Quando impietas quidem potens
Est, virtus verò posthabita
A mortalibus negligitur,
Iniquitas autem vincit leges?
Et commune periculum mortalibus *impendet*,
Ne qua Deorum invidia veniat, *ac ipsos ira premat*.

ACTUS

ACTUS QUINTUS.

Cly. EXEO ex ædibus proſpectura maritum,
Qui diu abeſt, & reliquit ædes:
Mea verò filia miſera in lacrymis eſt,
Emittens multas variationes lamentorum,
Poſtquam audivit de morte, quam pater *ſuus ei* molitur.
Feci autem mentionem propè exiſtentis
Agamemnonis hujus, qui adverſus liberos ſuos
Impia facere mox deprehendetur.
Aga. O Ledæ filia, opportunè te extra domum
Invenio, ut dicam ſeorſum à virgine verba,
Quæ non decet audire nupturas.
Cly. Quidnam id eſt, quod apprehendit *hæc* occaſio tibi?
Aga. Mitte filiam cum patre ex ædibus,
Quia polubra adſunt parata,
Et molæ ſalſæ, ut ex manibus conjiciantur in ignem luſtralem,
Et juvencæ, quas ante nuptias oportet mactari deæ
Dianæ, nigri ſanguinis ejaculationes.
Cly. Verbis quidem bene dicis, ſed facta tua
Haud ſcio quomodo oporteat me nominantem laudare.
Exi verò, filia. (ſcis enim omnia quæ pater
Facturus eſt) & in veſte affer
Aſſumptum Oreſtem, tuum fratrem, filia.
Ecce adeſt hæc, obtemperans tibi:
Cætera verò pro hac, & pro meipsâ, ego dicam.
Aga. Filia, quid fles? neque adhuc hilariter me ſpectas;

Sed vultu in terram defixo, *eum* peplis objectis velas ?

Iphi. Heu ! Quodnam meorum malorum ſumam exordium ?
Quolibet enim licet uti primo,
Et poſtremo, & medio, & ubique.

Aga. Quid eſt, quare mihi omnes conſentitis,
Habentes confuſionem, & conturbationem vultûs ?

Cly. Dic mihi, marite, ingenuè, quæ te interrogabo.

Aga. Nihil opus eſt hortatu, interrogari cupio.

Cly. Interfecturúſne es meam tuámque filiam ?

Aga. Au ! Dixiſti miſera, ſuſpicariſque quæ te non oportet *ſuſpicari*.

Cly. Quieſce, *vel* Tace,
Et ad illam quæſtionem mihi reſponde rurſus.

Aga. Si tu interrogaveris convenientia, convenientia audies.

Cly. Non interrogo diverſa, & tu ne mihi diverſa reſpondeas.

Aga. O fortunam venerandam, & fatum, & genium meum !

Cly. Et meum, & hujus, unus trium infelicium !

Aga. Qua in re læſa es ? *Cly.* Hoc ex me quæris ?
Hoc tuum conſilium, nullam id habet prudentiam.

Aga. Perii : mea arcana ſunt prodita !

Cly. Novi omnia, & audivi quæ tu mihi facturus es.
Ipſum verò tuum ſilentium eſt ſignum tui confitentis,
Et quòd multa celas : ne labores dicendo.

Aga. En taceo ; oportet enim me impudentiam,
Si falſa diço, adſumere calamitati.

Cly. Audi nunc : aperiam enim ſermones (i. e. *aperte tecum agam*)
Et non ampliùs utemur ænigmatibus à propoſito alienis.

Primùm quidem, ut hoc primo loco tibi exprobrem,
Duxisti me invitam, & accepisti vi,
Occiso priore marito Tantalo,
Infantémque meum solo illisisti tuo jactu,
Avulsum violenter à meis uberibus;
Et filii Jovis, meique fratres, *Castor & Pollux*,
Equis conspicui, *tibi* bellum intulerunt.
Sed Tyndareus pater senex te liberavit
Factum suppliccm, & habuisti rursus meum connubium.
Ubi reconciliata tibi, erga te & domum,
Ipse testis eris quàm fuerim inculpabilis uxor,
Et in rebus venereis casta, & tuam
Rem familiarem augens, ut, sive intrares,
Gauderes, sive foras prodires, beatus esses.
Rara autem *est* acquisitio viro, ut talem consequatur
Uxorem: sed non est rarum habere malam mulierem.
Et, præter tres filias, peperi tibi filium
Hunc: ex quibus unâ tu me miserabiliter privabis.
Et si quis interrogarit te, *Ob quam causam interficies ipsam.*
Dic; quidnam dices? an me tuo nomine loqui oportet?
Ut Menelaus Helenam recipiat. præclarum certè *facinus* nos
Malæ mulieris pretium persolvere *nostros* liberos,
Invisissima charissimis redimentes.
Agè *verò*, si copias *hinc* ducas, in lamentis me relictâ,
Et illic (*ad Trojam*) longum tempus absis,
Quem in ædibus animum me habituram putas,
Quum sedilia hujus omnia aspiciam vacua,

Et

Et vacuum cubiculum ejus? in lacrymis verò
Sedeam sola lugens semper istam, *hoc modo,*
Perdidit te, filia, pater qui te genuit,
Ipse te cædens, non alius, nec alia manu,
Tale præmium relinquens familiæ tuæ.
Nam levi occasione tantùm opus erit,
Ob quam ego, & filiæ quæ relictæ sunt,
Excipiamus te eo modo, quo te excipere decet.
Ne *facias*, per Deos, neque cogas me
Malam in te esse, neque tu sis *malus erga me.*
Esto: Mactabis autem filiam: tunc quas preces concipies?
Quid tibi boni precaberis, tu qui mactas filiam,
Tu qui profectionem iniquam turpiter domo es profectus?
Sed an me justum est aliquid boni precari tibi?
Nonne igitur judicabimus Deos stultos,
Si bene velimus parricidis?
Argos autem reversus amplecteris liberos tuos?
At *hoc* non licebit tibi. quis autem vel aspiciet
Te ex liberis, si consulto aliquem ex ipsis occideris:
Sermone jam veni ad hæc: si sceptra te
Solum ferre, & belli ducem esse necesse erat,
Nonne æquum erat te apud Græcos uti justa oratione *hac,*
Vultis, Græci, navigare ad Trojam?
Ducatis sortem, cujus filiam oporteat occidere.
Hoc enim ex æquo fuisset; sed non te unum ex omnibus
Præbere tuam filiam victimam Græcis:
Aut *oportebat* Menelaum interficere Hermionem matris causâ,
Cujus negotium id erat, nunc verò ego quidem, quæ tuum
Connubium servo, spoliabor filia *mea:*
Quæ verò peccavit, reducem *suam* puellam

Spartæ

Spartæ recipiens, erit beata.
Reſponde mihi horum ſi quid non rectè dico:
Quòd ſi probè dixi, ne occidas
Meam ac tuam filiam, & ſapiens eris.
Ch. Obtempera: nam honeſtum eſt conſervare liberos,
Agamemnon: nemo mortalium contra hæc dixerit.
Iphi. O pater, ſi Orphei facundiam haberem,
Ut poſſem incantando perſuadere lapides ut me ſequerentur,
Et demulcere verbis, quos vellem,
Eò confugiſſem: nunc verò mea argumenta,
Lacrymas præbebo: hæc enim poſſumus.
Applico verò tuis genibus, tanquam ramum ſupplicantium,
Meum corpus, quod iſta peperit tibi,
Ne me interficias immaturam, (jucundum enim eſt hanc lucem
Aſpicere) neque me cogas videre ea, quæ ſunt ſub terra.
Prima ego te *Patrem* appellavi, & tu me *Filiam:*
Prima etiam admovens corpus meum tuis genibus,
Gratas voluptates dedi, & recepi viciſſim.
Iſta verò erat tua oratio, *O filia, téne*
Videbo in ædibus beati mariti
Viventem & florentem, ut me dignum eſt?
Mea verò viciſſim *oratio* hæc erat, pendentis à tuo
Mento, quod nunc manibus tango,
Quid verò ego te? ſenem num excipiam,
Pater, grato hoſpitio mearum ædium,
Reddens tibi laborum nutritia alimenta?
Horum ego ſermonum memoriam adhuc ſervo,
Tu verò oblitus es, & me occidere vis.
Ne, per Pelopem, & patrem tuum Atreum,

Et

Et hancce matrem ; quæ me priùs pariens *cum dolore*,
Nunc capit ſecundos hos dolores partus.
Quid mihi rei eſt cum nuptiis Alexandri?
Et Helena unde, pater, venit ad meam perniciem?
Reſpice me ; largire mihi tuum aſpectum, & oſculum,
Ut moriens habeam hoc ſaltem tui
Monumentum, ſi non perſuadearis meis verbis.
Frater, infirmus tu quidem auxiliator *es* amicis,
Tamen cum lacrymis patri ſis ſupplex,
Ne moriatur tua ſoror. ſenſus quidam
Malorum ineſt etiam in infantibus.
Ecce, ô pater, tacens iſte ſupplicat tibi!
Sed me reverere, & *meam* miſerare vitam.
Næ, nos duo chari rogamus te per tuum mentum :
Alter quidem infans adhuc eſt, altera verò grandiuſcula.
In unum breviter *rem totam* conferens, omnia argumenta vincam :
Gratiſſimum *eſt* hominibus intueri hanc lucem,
Mortui verò nihil ſunt. inſanit autem qui cupit
Mori. melius *eſt* malè viverè, quàm bene mori.

Ch. O infauſta Helena, propter te & tuas nuptias,
Magnum venit certamen Atridis & liberis eorum!

Aga. Ego quidem intelligo, ubi ſit opus miſeratione, & ubi minus,
Et amo meos liberos : inſanirem enim, *ſi aliter facerem*.
Gravor verò hæc audere, mulier,
Gravor etiam omittere : oportet enim me hoc facere.
Videtis quantus hic ſit navalis exercitus,
Quot Græcorum, domini æreorum armorum,
Quibus ad Ilii turres trajectus non datur,

Niſi

Nisi te mactavero, quemadmodum dicit Calchas vates,
Neque possumus evertere inclytam sedem Trojæ.
Cupido verò quædam violenter incessit exercitum Græcorum
Navigandi quàm celerrimè in terram barbarorum,
Compescendíque Græcarum conjugum raptus;
Qui *(Græci)* meas filias Argis occident,
Et vos, méque, si irritum fecero oraculum deæ.
Non me Menelàus, filia, subegit,
Nec in illius voluntatem concessi;
Sed Græcia *me cogit*, cujus commodo oportet me, seu velim, seu non velim,
Mactare te. hac autem re sumus inferiores.
Oportet enim eam (Græciam) liberam, quantum in te *est*, filia,
Et me, fieri, neque barbaris subditos
Græcos, conjugibus per vim spoliari.

[*Exit* Aga.

MONOSTROPHICA.

Cly. O filia, ô hospitæ,
Heu me miseram propter tuam mortem!
Fugit te pater, postquam morti *te* tradidit.
Iphi. Heu mihi mater, mater; eadem verò
Querela de fortuna utrique *nostrûm* convenit:
Non amplius mihi lux,
Neque solis hic splendor.
Heu, heu! nivosa
Phrygum nemora,
Et montes Idæ, ubi Priamus olim
Infantem tenerum exposuit,
A matre procul amotum,
Ad mortem funestam,
Parin, qui Idæus, Idæus

Dicebatur,

Dicebatur, dicebatur in urbe Phrygum.
Utinam *Priamus* nunquam circa
Boves armentarium educatum
Parin colocaſſet
Ad aquas limpidas, ubi fontes
Sunt Nympharum,
Et pratum floribus
Florens viridibus,
Et roſei flores, hyacin-
thíque Deabus decerpendi.
Quò quondam venit Pallas, &
Doloſa Venus,
Et Juno, & Mercurius nuncius Jovis,
(Venus quidem ſuperbiens amore,
Haſtâ verò Pallas,
Junóque Jovis regis
Regiis nuptiis)
Ad odioſum judicium,
Et contentionem de forma,
Mihi verò mortem, nomen quidem
Afferentem Danais, ô puellæ.

Ch. Victimarum primitias accepit te Diana ad Ilium *offerendas.*

Iphi. At qui me miſeram genuit,
O mater, ô mater,
Abit, poſtquam prodidit *me* deſertam.
O me miſeram, quæ acerbam,
Acerbam, *ac* infauſtam Helenam experta ſum,
Interficior, pereo
Impiâ cæde
Impii patris,
Utinam ne mihi navium æreis roſtris munitarum
Puppes hæc Aulis excepiſſet
In hos portus: ad Trojam
Utinam claſſem ſecundo vento *miſiſſet,*
Nec ventum contrarium Euripo ſpirans dediſſet
Jupiter, demulcens auram aliis

Aliam hominibus, ut gaudeant velis,
Aliis autem dolorem, aliis verò neceſſitatem *immittens*,
Aliis *dans* ut portu ſolvant, aliis, ut navigent,
Aliis verò, ut morentur.
Sane *per ſe* calamitoſum eſt genus,
Sane calamitoſum *eſt genus* mortalium:
Quodnam verò opus
Hominibus accerſere infortunium?
Ch. Heu heu, magnas clades, magnos etiam dolores
Græcis afferens filia Tyndari!
Miſeret me quidem tui, *O Iphigenia*, quæ calamitatem malorum
Nacta es, in quam utinam nunquam incidiſſes!

Iphi. O mater, quæ me peperiſti, video turbam virorum advenientem,
Et filium Deæ. *Cly.* Eúmne, ô filia, cujus cauſsâ huc veniſti?
Iphi. Aperite mihi fores, famulæ, ut occultem corpus.
Cly. Quem verò fugis, filia? *Iphi.* Achillem, quem pudet me videre.
Cly. Quid ita? *Iphi.* Infelicitas mearum nuptiarum adfert mihi pudorem.
Cly. Non in deliciis ſitæ ſunt tuæ res, quoad præſens negotium.
Sed mane; non eſt locus jam *iſti* verecundiæ, ſi poſſumus.
Ach. O miſeram mulierem, filiam Ledæ. *Cly.* Non falſa dicis.
Ach. Atrociter clamatur inter Argivos. *Cly.* Quo clamore? indica mihi.
Ach. Super tua filia. *Cly.* Malum omen verborum dixiſti.

Ach.

Ach. Quòd oporteat eam mactare. *Cly.* Nemo iſtis contradixit?

Ach. Ego etiam ipſe in periculum veni. *Cly.* In quod, ô hoſpes?

Ach. Ne corpus meum obrueretur lapidibus. *Cly.* Num filiam meam ſervans?

Ach. Hoc ipſum erat. *Cly.* Quis verò auſus eſſet attingere tuum corpus?

Ach. Omnes Græci. *Cly.* Exercitus verò Myrmidonum non aderat tibi?

Ach. Ille primus erat adverſarius. *Cly.* Periimus igitur, filia!

Ach. Qui me dicebant victum a muliere? *Cly.* Verùm quid reſpondiſti?

Ach. Ne interficerent eam, quæ eſſet futura mea conjux. *Cly.* Juſta enim *dixiſti.*

Ach. Quam mihi nuncupaverat pater. *Cly.* Et Argis *huc* evocaverat.

Ach. Sed vincebar clamore. *Cly.* Eſt enim vehemens malum multitudo.

Ach. Attamen juvabo te. *Cly.* Et tu unus pugnabis cum multis?

Ach. Hóſne vides ferentes arma? *Cly.* Profit tibi hæc animi intentio!

Ach. At proderit. *Cly.* Non jam igitur mactabitur filia *mea?*

Ach. Non, me ſaltem volente. *Cly.* An verò veniet qui puellæ injiciat manus?

Ach. Plurimi: Ulyſſes verò abducet *eam.* *Cly.* Num propago Siſyphi?

Ach. Ille ipſe. *Cly.* Privato conſilio id faciens, an juſſus ab exercitu?

Ach. Electus *ad hoc* volens. *Cly.* Malam verò electionem *elegit*, ut ſe cæde polluat.

Ach. Sed ego arcebo eum. *Cly* An verò ducet eam raptam invitam?

Ach. Scilicet flavâ comâ *correptam.* *Cly.* Me verò quid oportet facere tunc?

Ach. Retine filiam. *Cly.* An propter hoc non mactabitur?

Ach. Atqui ad hoc veniam. *Iphi.* Mater, audite
Mea verba; non recte enim te video iraſci
Marito tuo. quæ autem nobis ſunt impoſſibilia,
non facile eſt ſuſtinere.
Iſtum quidem hoſpitem æquum eſt laudare
propter promptum animum juvandi:
Sed & te illud videre oportet, ne apud exercitum inſimuleris,
Et nihil tamen plus efficiamus, Achilles autem
in calamitatem incidat.
Audi autem, mater, quæ mihi cogitanti in mentem venerint.
Mori quidem mihi decretum eſt: ſed hoc ipſum
volo
Gloriosè facere, dimittens procul indignationem.
Age igitur, conſidera nobiſcum, mater, quàm
rectè dicam.
Tota, quâ maxima eſt Græcia, in me nunc intuetur,
Et in me trajectio navium *ſita eſt*, & everſio
Phrygum,
Poſteráſque mulieres, ſi quid intentent barbari,
Non ampliùs ex Græcia locupletes rapi ut permittam,
Poſtquam ipſi pernicioſum raptum Helenes luerint, quam Paris rapuit.
Hæc omnia morte meâ redimam: & mea gloria
Erit beata, quòd ego liberaverim Græciam.
Etenim neque oportet me valde amare vitam:
Peperiſti enim me communem omnibus Græcis,
non tibi ſoli.
An ergo multi viri muniti clypeis,
Multi etiam remiges, injuriâ affectâ patriâ,
Audebunt aliquid facere contra hoſtes, & mortem oppetere pro Græcia;

Mea

Mea verò unius anima hæc omnia impediet?
Quodnam *eſt* hoc jus? an verbum contra *hoc* dicere poſſimus?
Veniamus etiam ad illud: Non oportet hunc pugnare
Cum omnibus Græcis propter mulierem, neque mori:
Unus enim vir dignior eſt, quàm innumeræ mulieres, qui lucem aſpiciat.
Si autem Diana voluit accipere meum corpus,
An ego quæ ſum mortalis, obſiſtam Deæ?
Sed impoſſibile eſt. do meum corpus Græciæ.
Mactate me, devaſtate Trojam. hæc enim mea monumenta
Erunt longo tempore, & *hæc erunt* liberi, & nuptiæ, & mea gloria.
Convenit vero Græcos barbaris imperare, non autem barbaros
Imperare, non autem barbaros
Græcis, mater: Barbari enim ſunt *naturâ* ſervi, Græci verò liberi.

Ch. Tu quidem, ô puella, generosè agis:
Fortuna verò, & Diana, adverſantur.
Ach. O filia Agamemnonis, beatum me Deorum aliquis
Facturus eſſet, ſi tuas nuptias poſſem habere:
Beatam verò Græciam propter te judico, & te *viciſſim* propter Græciam:
Rectè enim dixiſti hoc, & pro dignitate patriæ.
Omittens enim repugnare Deo, qui te potentior eſt,
Conſideraſti quæ utilia *ſunt*; quæ neceſſaria ſaltem.
Magis verò me ſubit deſiderium nuptiarum tuarum,

Poſtquam animadverti *tuam* indolem : es enim
generoſa.
Vide autem : ego enim cupio tibi benefacere,
Et ducere in ædes : doleóque, teſtis ſit Thetis,
Niſi te ſervâro cum Græcis pugnans.
Conſidera : Mors magnum eſt malum.
Iphi. Loquor iſta, neminem ullo modo reſpiciens.
Tyndarea filia (*i. e. Helena*) propter corpus ſuf-
ficit bella
Virorum faciens, & cædes : tu verò, ô hoſpes,
Ne moriaris propter me, neque occidas quem-
quam ;
Sine verò me Græciam ſervare, ſi poſſimus.
Ach. O præſtantiſſima indoles, non poſſum contra
hæc amplius
Dicere, ſiquidem tibi iſta videntur. generoſa
enim
Sentis : (cur enim non dicat quis verum ?)
Sed tamen fieri poteſt, ut te conſilii hujus pœ-
niteat.
Ut igitur ſcias quæ à me *tibi* dicta *ſunt*,
Vadens geſtabo hæc arma *ſtans* juxta aram,
Ut non permiſſurus te, ſed prohibiturus, mori.
Et tu fortaſſe meo conſilio uteris,
Quando videbis enſem prope tuum collum.
Non igitur ſinam te ob tuam incogitantiam
mori ;
Sed vadens cum armis iſtis ad templum Deæ,
Expectabo illic tuam præſentiam. [*Exit* Ach.
Iphi. Mater, quid tacitè oculos humectas lacrymis ?
Cly. Ego miſera habeo cauſſam, cur doleam animo.
Iphi. Deſine *flere* ; ne me timidam redde : obtem-
pera verò mihi in hac re.
Cly. Dicito, filia, nam à nobis nulla in re læderis.
Iphi. Ne igitur tuæ comæ cincinnos reſecces,
Neque circa corpus circumda nigras veſtes.
Cly. Cur verò hoc dixiſti, ô filia ? ubi te perdidero—

Iphi.

Iphi. Non profectò tu *me amisisti*; salva sum: quod verò ad me attinet, clara eris.
Cly. Quomodo dixisti? non convenit me lugere tuam mortem?
Iphi. Minimè, quia mihi non excitabitur sepulchrum.
Cly. Quid verò, an non ipsa mors existimatur sepultura?
Iphi. Ara deæ filiæ Jovis erit mihi sepulchrum.
Cly. At ô filia, obsequar tibi: bene enim dicis.
Iphi. Utpote beata, & beneficio afficiens Græciam.
Cly. Quid verò nunciabo tuis sororibus?
Iphi. Ne ipsis quidem circumdes nigras vestes.
Cly. Quodnam verò gratum verbum dicam virginibus tuo nomine?
Iphi. Ut valeant. Orestem verò hunc educato mihi in virum.
Cly. Complectere eum, utpote postremùm videns.
Iphi. O charissime, juvisti, quantum potuisti, amicos.
Cly. Estne aliquid quod Argis tibi gratum facere possim?
Iphi. Meum patrem, tuúmque maritum, ne oderis.
Cly. Oportet illum dura certamina propter te subire.
Iphi. Invitus me pro Græcia perdidit.
Cly. Immo dolo, non generosè, & indignè genere Atrei.
Iphi. Quis vadit, ducturus me antequam lacerentur comæ?
Cly. Ego tecum *ibo*. *Iphi.* Nequaquam: non rectè dicis.
Cly. Adhærens tuæ vesti. *Iphi.* Obtempera mihi, mater,
Mane, quia & mihi, & tibi hoc *est* honestius.
Aliquis verò horum famulorum patris comitetur me
In pratum Dianæ, ubi mactabor.
Cly. O filia, discedis? *Iphi.* Et nunquam reditura sum.
Cly. Relictâ matre? *Iphi.* Ut vides, indignè.

Cly. Siſte gradum, ne me deſeras. *Iphi.* Non ſino te lacrymari.
Vos verò, ô puellæ, accinite
Caſui meo Pæana Jovis filiam
Dianam: exeat autem formula, GRÆCI FAVETE LINGUIS.
Caniſtra autem aliquis auſpicetur, & accendatur ignis
Propter molas ſalſas luſtrales: & pater meus
Teneat aram dextrâ; nam ſalutem
Græcis datura vado victricem.

MONOSTROPHICA.

Iphi. Ducite me Ilii,
Et Phrygum expugnatricem:
Date ſerta circum *tempora mea*, ferte: *ecce* coma hæc ad coronandum:
Et aquis luſtralibus *ſumtis*,
Saltantes circa templum,
Circa aram, Dianam *celebrate*,
Dianam reginam,
Deam beatam:
Ut meo, ſiquidem neceſſe eſt,
Sanguine & mactatione,
Oracula deleam.
Ch. Veneranda, veneranda mater,
Sic lacrymas tibi jam
Noſtras dabimus:
Non enim licet in ſacris.
Iphi. O puellæ,
Concelebrate Dianam,
Quæ eſt è regione Chalcidis;
Ubi haſtæ
Bellicæ furiunt propter meum nomen, (i. e. *propter me*)
In anguſto hujus Aulidis

Portu.

Portu. Io, terra mater
O Pelasgia, (i. e. Argos,)
Et Mycenææ meæ famulæ,
Ch. Nominas urbem Persei,
Laborem manuum Cyclopicarum?
Iphi. Educastis magnum lumen Græciæ:
Mori tamen non recuso.
Ch. Gloria enim te nunquam deseret.
Iphi. Io, io. facifera dies,
Et Jovis lumen, aliam,
Aliam vitam,
Et sortem *felicem* habitabimus.
Vale mihi, charum lumen! [*Exit* Iphi.
Ch. Io, io. videte Ilii,
Et Phrygum expugnatricem
Euntem, capiti coronas
Cum habuerit impositas & aquas lustrales,
Aram Deæ cruentæ
Guttis stillantibus-sanguinem
Aspersuram, postquam generosa corporis
Cervix jugulata fuerit. roscidæ aquæ lustrales
Paternæ te manent,
Et exercitus Græcorum cupiens
Proficisci ad Trojam.
Sed filiam Jovis
Dianam celebremus, reginam Deorum,
Ut bonum successum det *exercitui.*
O veneranda, quæ humanis victimis
Gaudes, mitte in Phrygum
Terram exercitum Græcorum,
Et dolosas Trojæ sedes:
Et da Agamemnoni, ut armis
Græcis clarissimam coronam
Circa caput suum,
Gloriam semper-memorandam, ponat!

Nun. O Clytæmneſtra filia Tyndari, ædibus
Egredere, ut audias mea verba.
Cly. Audiens tuam vocem veni huc
Conſternata miſera, metúque perterrefacta, 1535
Ne venias nuntians mihi aliam aliquam calamitatem,
Præter præſentem. *Nun.* Imo verò de tua filia,
Volo tibi nuntiare, & magni momenti res dicere.
Cly. Ne cunctéris igitur, ſed quamprimùm dicito.
Nun. Ergo, ô chara domina, audies omnia manifeſte. 1540
Dicam autem ab initio, niſi quid lapſa mea
Mens, turbarit linguam in verbis meam.
Poſtquam enim venimus ad filiæ Jovis
Dianæ lucum, & prata florida,
Ubi erat cœtus exercitûs Græcorum, 1545
Ducentes tuam filiam, ſtatim turba Græcorum
Congregabatur. ut verò rex Agamemnon vidit
Puellam euntem ad cædem in nemus,
Ingemuit: & retrò vertens caput,
Emiſit lacrymas, oculis veſtem opponens. 1550
Illa autem prope patrem cùm ſtetiſſet,
Talia dixit: *O pater, adſum apud te.*
Meum verò corpus pro mea patria,
Et pro tota Græcia terra
Trado volens, ut macteris ad aram Deæ 1555
Ducentes, ſiquidem hoc eſt oraculum.
Et, quantum in me eſt, ſitis fortunati, & victoriam ferens
Donum conſequamini, & redeatis in patriam!
Quamobrem ne quis Græcorum me tangat,
Silenter enim præbebo cervicem animosè. 1560
Tantum dixit. omnes autem qui audiverunt, obſtupuêre
Ob magnitudinem animi, & virginis virtutem.
Talthybius autem ſtans in medio, cui hoc erat curæ,

Im-

Imperavit faventiam, & ſilentium exercitui.
Calchas verò vates in aureum calathum
Poſuit acutum gladium, poſtquam manu extraxiſſet,
In vaginam, & coronavit caput puellæ.
Sed Achilles circum aram Deæ
Accepto calatho, & ſimul aqua luſtrali, cucurrit.
Dixit autem : *O Diana, quæ ferarum cæde gaudes, filia Jovis,*
Agitans clarum lumen noctu,
Accipe hanc victimam, quam tibi donamus
Et Græcorum exercitus, & ſimul rex Agamemnon,
Impolutam ſanguinem cervicis pulchræ virginis :
Et concede nobis, ut tutò poſſimus navigare,
Trojæque arces armis expugnare.
Totus verò exercitus & Atridæ ſteterunt intuentes terram :
Sacerdos verò, correpto gladio, precatus eſt,
Et conſideravit guttur, ut feriret.
Mihi verò non levis dolor ſubibat animum,
Et ſtabam demiſſo capite in terram. ſubito autem erat videre rem miram :
Sonum enim plagæ quilibet audire potuit clare :
Sed nemo novit virgo quò terræ ſubierit.
Clamat autem ſacerdos, acclamat & univerſus exercitus,
Aſpicientes inſperatum ab aliquo Deorum
Viſum, cui ne tum quidem cùm videbatur, fides adhibebatur.
Etenim cerva palpitans jacebat in terra,
Maxima viſu, & eximia ſpectatu,
Cujus ſanguine ara Deæ conſpergebatur abundè.
Tunc quanto gaudio Calchantem dixiſſe putas,
O duces communis hujus exercitûs Græcorum,
Videtis hanc victimam, quam dea
Objecit ad aram, cervam montanam?

Hanc

Hanc magis quàm puellam vult,
Ne contaminet aram ſanguine generoſo:
Libenterque hoc accepit, & ſecundam navigationem
Dat nobis, & acceſſum ad Trojam.
Quamobrem, omnes claſſici milites, ſumite animos,
Et ite ad naves; quia oportet hoc die
Nos, relictis Aulidis cavis receſſibus,
Trajicere mare Ægeum. Poſtquam verò tota
Victima combuſta eſt in Vulcani flamma,
Precatus eſt congrua, ut exercitus conſequeretur trajectum.
Mittit autem me Agamemnon, ut tibi hæc indicem,
Et dicam qualem ſortem nactus ſit ex Diis,
Et ſe habiturum gloriam immortalem per Græciam.
Ego verò, qui adfui, & rem vidi, dico tibi hæc,
Filia tua certò ad Deos avolavit.
Aufer igitur dolorem, & remitte indignationem adverſus maritum.
Inopinata autem mortalibus *accidunt* a Diis;
Et ſervant *eos*, quos amant: hic enim dies
Vidit mortuam, & vivam tuam filiam.

Ch. Quàm lætor audiens iſta a nuncio!
Vivam autem inter Deos tuam filiam manere dicit.

Cly. O filia, cujus Dei furtum tu es facta?
Quomodo appellem te? quomodo etiam exiſtimem?
An hos ſermones falsò in meliorem partem vertere *hanc tædem*,
Ut tui luctûs triſtis finem faciam?

Ch. Atqui & ipſe Agamemnon venit
Eadem tibi dicturus verba.

Aga. Uxor, quod ad filiam attinet, erimus beati:
Habet enim verè conſortium inter Deos.

Oportet

Oportet autem te, assumpto hoc tenero vitulo, *Oreste*,
Ire domum; nam exercitus spectat ad navigationem.
Et vale: ex longo intervallo tibi alloquia mea
Erunt a Troja. & bene tibi sit!
Ch. Gaudens, Atrida, venias *in* terram Phrygum,
Lætúsque redeas,
Postquam ceperis pulcherrima spolia ex Troja!

IPHIGENIA IN TAURIS.

ACTUS PRIMUS.

Iphi. PELOPS Tantali filius, Piſam profectus
Velocibus equabus, Œnomai duxit filiam,
Ex qua Atreus natus eſt: Atrei verò filius
Menelaus, & Agamemnon. ex hoc verò nata ſum ego
Iphigenia, Tyndaridis Clytæmneſtræ filia;
Quam circa vortices, quos crebrò Euripus frequentibus
Auris agitans, vertit cæruleum mare,
Mactavit, propter Helenam, ut putabat, pater,
Dianæ, in claræ receſſibus Aulidis:
Iſthuc enim mille navium claſſem
Græcam contraxit Agamemnon rex,
Præclarâ-victoriâ-partam coronam ob Ilium cupiens
Capere Græcos, & injuriâ affectum connubium
Ab Helena ulciſci, Menelao gratificans.
Gravi autem navigandi difficultate *exiſtente*, ventóſque non habens *Agamemnon*,
Ad ſacrificia ivit, & Calchas hæc *ei* dicit:
O hujus Græci exercitus imperator,
Agamemnon, ex hujus terræ portu naves non educes,
Priuſquam filiam tuam Iphigeniam Diana
Acceperit mactatam: quod enim annus pareret

Pul-

Pulcherrimum, voviſti Luciferæ te ſacrificaturum Deæ.
Filiam itaque in domo tua conjunx Clytæmneſtra
Peperit (ad me titulum *pulcherrimi* referens)
Quam oportet te immolare. & me Ulyſſis artibus
A matre abduxerunt *quaſi* ad nuptias Achillis.
Cúmque ad Aulidem veniſſem miſera, ſuper aram
Sublimis collocata, *jamjam* occidebar gladio:
Verùm *me* ſubduxit, cervam pro me ſubjiciens
Diana Græcis: & per lucidum aërem
Miſſam me collocavit in hac terra Taurorum,
In qua terra imperat barbaris barbarus
Thoas, qui celerem pedem ponens, parem alis,
Hoc nomen habet propter pedum celeritatem.
Templis autem in hiſce ſacerdotem me conſtituit,
Ubi legibus talibus delectatur Dea
Diana feſti, cujus nomen ſolum *eſt* honeſtum:
Cætera verò taceo, Deam reverita.
Immolo enim (cum mos iſte & ante civitati fuerit)
Quicunque huc appulerit vir Græcus.
Auſpicor quidem *ſacra*, cædes verò *victimarum* ad alios pertinet
Nefandæ, *qui ſunt* in his templis Deæ.
Jam verò quæ nox attulit recentia viſa,
Dicam ad aërem, ſi quod hoc eſt remedium.
Videbar in ſomno, relicta hac terra,
Habitare Argis, & in virginali cubiculo medio
Dormire: terræ autem tergum motu concuti:
Ego autem fugere, & foris ſtans, faſtigium intueri
Ædium cadere, & totam contignationem
Dejectam humi ex ſummis poſtibus.
Unica verò relicta erat columna, ut mihi videbatur,
Paternæ domus: ex capitulo autem comam *videbatur*

Flavam

Flavam demittere, vocémque hominis accipere,
vel, emittere.
Ego verò miniſterium, quod habeo, interficiendorum hoſpitum
In honorem *Deæ* obiens, aquâ conſpergebam eam ut morti deſtinatam,
Flens. ſic autem ſomnium interpretor hoc: 55
Mortuus eſt Oreſtes, cujus ſacrificium ego auſpicata fui.
Columnæ enim familiarum ſunt liberi maſculi:
Moriuntur autem quos lavacra mea conſperſerunt.
Neque contra accommodare ſomnium hoc ad amicos poſſum: 59
Strophio enim non erat filius, quando ego perii.
Nunc igitur fratri volo dare inferias,
Præſens abſenti: hæc enim poterimus *præſtare*
Cum ancillis, quas nobis dedit Rex
Græcas mulieres. ſed ob quamnam cauſam
Nondum accedunt ad me intra domum 65
In qua habito, *nempe*, hoc templum Deæ?
[*Exit* Iphi.

Ore. Vide, cave, ne quis homo ſit in via.
Pyl. Video, ſpeculórque, convertens oculos in omnes partes.
Ore. Pylade, videtúrne tibi hoc eſſe templum Deæ,
Ad quam Argis appulimus navem marinam? 70
Pyl. Mihi quidem *videtur*, Oreſtes: tibi verò idem videri neceſſe eſt.
Ore. Et ara, in quam Græcus deſtillat ſanguis?
Pyl. Ex cruoribus quidem rubra habet faſtigia.
Ore. Faſtigiis verò ſub ipſis ſpolia vidéſne ſuſpenſa?
Pyl. *Video:* interfectorum primitias hoſpitum. 75
Ore. Sed oportet *nos* oculis in orbem circumactis bene ſpeculari.

O Phœbe, quò me rurſus in hæc retia duxiſti
Edito oraculo? poſtquam enim paternam cædem ſum ultus,
Matre cæſa, perpetuis vicibus Furiarum
Agitatus ſum, exul, extra ſedes patriæ,
Curſúſque multos flexuoſos confeci.
Veniens autem interrogavi te, quomodo agitantis *me*
Furoris tandem ad finem venirem, & meorum laborum,
[Quos pertuli vagabundus per Græciam.]
Tu verò me juſſiſti ire ad Tauricæ terræ fines,
Ubi Diana ſoror tua aram habet,
Et rapere ſtatuam Deæ, quam dicunt incolæ,
In hoc templum de cœlo decidiſſe:
Captam verò ſive dolo, ſive fortunâ aliquâ,
Periculo impleto, Athenienſium terræ
Dare eam hinc: (nihil præterea dictum fuit)
Et his peractis *me* reſpirationem laborum habiturum *dixiſti*.
Veni igitur, tuis obtemperans verbis, huc
In terram ignotam, inhoſpitalem. Te autem interrogo
Pylade (tu enim adjutor mihi *es* hujus laboris)
Quid faciemus? (munitiones enim murorum vides
Altas) utrùm templi per aſcenſum
Intrabimus? quomodo igitur latebimus?
An ærea clauſtra ſolventes vectibus, *ingrediemur?*
Quorúmne nihil ſcimus? quod ſi aperientes portas
Capti fuerimus, ingreſſúmque machinantes,
Moriemur. Verùm priuſquam moriamur, in nave fugiemus, quâ huc navigavimus?

Pyl. Fugere quidem non *eſt* tolerabile, neque conſuevimus:
Dei verò oraculo obediendum eſt.

Sed

Sed à templo recedentes, occultemus corpus
In antris, quæ pontus alluit aquis niger,
Procul à navi: ne quis eam conſpicatus,
Regi dicat, & deinde vi capiamur.
Quando verò venerit oculus noctis obſcuræ,
Audendum *erit* ex templo rapere politam
Statuam, omnes admovendo machinas.
Specta verò intra intercolumnia, ubi vacuitas *aliqua*,
Corpus ut demittamus. Labores enim *viri* fortes
Audent *ſubire*: ignavi verò nihil uſquam ſunt.
Nequaquam longum quidem iter removenimus,
Ex *iſtis* verò finibus reditum ſuſcipiemus iterum,
ſive fruſtrà redibimus.

Ore. Sed (rectè enim dixiſti) *oraculo* parendum *eſt*.
oportet ire
Ad locum, ubi corpus occultantes lateamus:
Haud enim Dei *numen* culpandum erit,
Si ceciderit irritum oraculum. audendum *eſt*.
Labor enim nullus juvenibus prætextum præbet. [*Exeunt* Ore. & Pyl.

MONOSTROPHICA.

Iphi. Favete linguis, ô Ponti
Gemina concurrentia ſaxa
Euxini incolentes *homines*.
O filia Latonæ
Dictynna montana,
Ad tuam aulam, & pulchris columnis ornatorum
Templorum aureas loricas,
Pedem virgineum
Sanctum, ſanctæ
Clavigeræ (*Dianæ*) ſerva, fero,
Græciæ præſtantes equos habentis turribus
Et muris, agríſque nemoroſis inſigni
Relicto Eurota,

Paternæ domus ſedē.
Ch. Adſum. Quid novi? quid es ſollicita?
Cur me ad templum duxiſti, duxiſti,
O filia illius, qui *ad* Trojæ turres
Venit cum inclyta claſſe
Mille navium, *& cum* innumeris armatis militibus
Atridarum inclytorum?
Iphi. O famulæ, flebilibus
Ut lamentatis immoror,
Cantûs ſonitu-injucundi
Inſuavibus elegis.
Heu, heu, in domeſtico luctu
Quæ mihi accidunt mala,
Fratrem meum
Lugenti ob *amiſſam* vitam.
Qualem vidi faciem ſomniorum
Hac nocte, cujus abiit caligo!
Perii, perii!
Non eſt domus paterna.
Hei mihi, interiit *meum* genus.
Heu, heu *propter* Argis labores.
Heu fatum, quod
Fratre, quem habui unicum, me ſpolias,
Quem ad inferos miſiſti; cui has
Inferias paro, poculúmque
Mortuorum
Ut in terræ dorſum effundam,
Et fontes, i. e. *lac*, ex montanis vitulis,
Et Bacchi vineam libationem,
Et flavarum labores apum,
Quæ ſunt placatoria mortuis.
Verùm da mihi aureum
Vas, & libationem inferis:
O infra terram
Agamemnonium germen,
Tanquam mortuo hæc tibi
Mitto. Tu verò accipe; non enim ad

Tuum

Tuum ſepulchrum tibi flavam comam,
Neque lacrymas adferam.
Procul enim abſum à tua
Patria, ubi hinnula exiſtimata
Jaceo, miſera mactata.
Ch. Reſpondentes cantilenas,
Et hymnum Aſiaticum tibi,
Barbaricum clamorem,
Tibi, utpote dominæ *meæ*, ſonabo,
Muſam lugubrem,
Ad mortuos pertinentem,
Quam in cantibus Pluto
Sonat, ſine Pæanibus.
Iphi. Heu mihi Atridarum familia!
Periit lumen ſceptrorum.
Heu paternam domum!
Pœna beatorum
Argivorum regum
Principatui, & labor ex labore
Ingruit, ob currentes equas *Pelopis*
Veloces. mutans
Verò ſacri oculus ſplendoris aufugit
Sol. ad illas autem alius acceſſit
Dolor domos *propter* aureum agnum,
Cædes ad cædem,
Dolor ad dolorem,
Inde à priùs mortuis
Tantalidis invadit
Pœna in familiam. accelerat autem *res*
Indignas contra te, *O Oreſta*, fortuna
Ab initio mihi infelix,
Fortuna conjugii materni;
Et illius noctis ab initio
In qua nata ſum, difficilem educationem
Fatales Deæ *mihi* continuant;
Quæ petita ſum in connubiam à Græcis,
Quam, primogenitum germen thalami

Ledæ infelix filia
Victimam propter patris errorem,
Et ſacrificium non jucundum
Peperit, & educavit, optandam
(Equeſtribus in curribus
In arenas Aulidis adductam)
Sponſam (heu mihi infelicem ſponſam)
Filiæ Nerei filio, *i. e. Achilli.*
Heu heu. nunc autem inhoſpitalis Ponti hoſpes,
Inamœnas domos habito,
Sine nuptiis, ſine liberis, ſine civitate, ſine amicis:
Non canens Junonem Argivam,
Nec in telis pulchre-ſonantibus
Radio Palladis Atticæ imagines
Titanum varians;
Sed ſanguine-conſperſorum hoſpitum
Luctuoſam deplorans calamitatem,
Aráſque *has* miſerabiliter lugentium,
Emittentiúmque nullam lacrymam ſine commiſeratione *a me.*
Sed nunc illos quidem
Omitto: Argis verò mortuum
Deploro *meum* fratrem,
Quem reliqui lactantem
Adhuc infantulum, adhuc tenellum,
Adhuc germen in manibus
Matris, ad pectoráque *pendentem,*
Argis ſceptrigerum *futurum* Oreſtem——

ACTUS SECUNDUS.

Ch. ATQUI hic relinquens littus marinum
Pastor venit, tibi significaturus aliquid novi.
Pa. O filia Agamemnonis & Clytæmnestræ,
Audi novum ex me sermonem.
Iphi. Quid verò terroris est in præsenti nuncio?
Pa. Venerunt in terram, Cyaneam Symplegada
Navi fugientes, duo adolescentes,
Deæ grata victima & sacrificium
Dianæ. aquam igitur lustralem & initiamenta sacrificii
Debes celeriter parata facere.
Iphi. Cujates *sunt?* cujus terræ nomen habent hospites isti?
Pa. Græci: hoc unum scio, & nil ulteriùs.
Iphi. Neque nomen hospitum audiendo dicere potes?
Pa. Pylades alter ab altero appellabatur.
Iphi. Socii verò hospitis quod erat nomen?
Pa. Nullus hoc novit: non enim audivimus.
Iphi. Quomodo autem eos vidistis, & inventos cepistis?
Pa. In extremo littore inhospitalis ponti——
Iphi. Sed quodnam cum mari pastoribus *est* negotii?
Pa. Boves venimus lavaturi marinâ aquâ.
Iphi. Illuc igitur redi, quomodo eos cepistis,
Et quo more? hoc enim scire cupio.
Seri enim *huc* veniunt; neque sic ara Deæ *madefit* quemadmodum
Madefacta est Græco sanguine.
Pa. Postquam ad influentem per Symplegades
Pontum nos boves in silvis pascentes deduximus,
Est quædam abrupta fluctuum frequenti agitatione

Cancava *rupis* compages, purpuras captantium tecta.
Hîc geminos juvenes vidit quidam
Paſtor ex nobis, & receſſit retrò
Summis *pedum* digitis relegens veſtigium;
Et dixit: *Non videtis? dæmones quidam*
Hîc ſedent iſti. quidam verò de nobis religioſior
Suſtulit manus, & adoravit intuens:
O marinæ Leucotheæ fili, navium cuſtos,
O domine Palæmon, ſis nobis propitius!
Sive in littore ſedetis vos Gemini Caſtor & Pollux,
Sive Nerei oblectamenta, qui generoſum
Genuit quinquaginta Nereïdum chorum.
Alius verò quidam vanus, impietate audax,
Riſit *has* preces, nautáſque naufragos
Sedere *in* ſpecu, metu *noſtri* moris, dixit,
Utpote qui audiverint quòd hîc mactemus hoſpites.
Viſum eſt autem hunc rectè dixiſſe pleriſque noſtrûm,
Et venari *viſum eſt* Deæ victimas uſitatas.
Intereà verò *illorum* alter relictâ rupe
Stetit, capútque quaſſavit ſurſum, & deorſum,
Et ingemuit, tremens ſummis ulnis, *manibus*,
Inſaniâ furens, & clamabat, ſicut venator:
Pylade, vides hanc? hanc verò non vides
Inferorum draconam, quomodo me vult interficere,
Horrendis viperis in me ruens infeſta?
Altera verò ſpirans ignem ex viperis, & cruorem,
Remigat alis, matrem meam in ulnis
Tenens, ut—hanc *ſaxeam molem injiciat mihi*
Hei mihi, interficiet me: quò fugiam? licebat autem percipere
Non eaſdem vocis ſpecies; ſed varians edebat
Mugi úſque boum, & canum latratus,
Imitationes quas aiunt mittere Furias.
Nos verò metu contracti, tanquam morituri,

Tacitè

Tacitè ſedebamus. ille verò manu ſtricto gladio,
Vitulos ruens in medios, ceu leo,
Verberat ferro ilia, *gladium* in latera mittens,
Exiſtimans hæc Furias Deas propulſare;
Adeò ut cruenta ſpuma emergeret ex mari.
Interea verò ſinguli ubi vident
Cadentes & vaſtatos boum greges, armabantur,
Et conchas inflantes, & congregantes indigenas:
Nam adverſus robuſtos, & juvenes hoſpites,
Invalidos pugnâ fore paſtores putabamus.
Multi verò convenimus exiguo tempore.
Cadit autem, remiſſo ſtimulo furoris, hoſpes,
Stillans ſpumam in mentum. ut verò vidimus *eum*
Commodè *nobis* cecidiſſe, omnis vir laborabat,
Jaciens *lapides*, pulſans. alter verò hoſpitum,
Spumâmque detergebat, corporíſque curam gerebat,
Veſtiúmque texturam pulchro-ſtamine prætendebat,
Cautè quidem obſervans venientia vulnera, i.e. tela,
Amicum verò virum officiis bene curans.
Mentis verò compos factus hoſpes ex lapſu citò ſurgens,
Animadvertit procellam hoſtium imminentem,
Et præſentem calamitatem prope ambos:
Ingemuítque. nos verò non intermiſimus ſaxa
Jacere, alius aliunde inſtantes.
Tum verò atrocem iſtam adhortationem audivimus:
Pylade, moriemur: verùm moriamur
Honeſtiſſimè. ſequere me, diſtrictum enſem tenens manu.
Poſtquam autem conſpeximus geminos hoſtium vibratos enſes,
Fugâ promontoriales implevimus ſylvas.
Sed cùm fugerent hi, alii inſtantes

Per-

Percutiebant eos : cùm autem hos pepulissent,
Iterum pars quæ modò cedebat, eos pulsabat saxis.
Sed *res* erat incredibilis : innumeris enim ex manibus
Nullus has Deæ victimas *saxis* petens scopum attigit.
Vix autem, non audendo quidem, eos cepimus,
Sed globo facto circundantes, extorsimus
Saxis ex manibus enses ; ad terram verò genua.
Defatigatione demiserunt. ad regem autem hujus terræ
Adduximus ipsos. ille verò intuitus *eos*, quàm celerrimè
Ad lavacra & ad mactationem misit tibi.
Opta verò tales, ô virgo, tibi hospitum
Victimas adesse ; & si mactes juvenes
Tales, Græcia compensabit tuam cædem,
Pendens pœnam in Aulide factæ mactationis.

Ch. Mira dixisti de illo qui conspectus est, quicunque tandem sit,
Qui ex Græcia venit ad Pontum inhospitalem.

Iphi. Bene est. tu quidem vade, & adduc hospites :
Quæ verò hîc *facienda sunt*, nos qualia *sint*, considerabimus.

O miserum cor, priùs quidem erga hospites
Tranquillum fuisti, & semper misericors,
Ejusdem gentis hominibus impertiens lacrymas,
Quoties Græcos viros in manus acciperes :
Nunc verò ex somniis quibus efferatæ sumus,
Existimans Orestem non amplius solem intueri,
Malevolam *vobis* me nanciscemini, quicumque tandem estis qui *huc* veneritis.
Et hoc verum est, discrucior, amicæ :
Infelices enim beatioribus,
Propterea quòd ipsi malè rem gerant, non bene volunt.

Verùm

Verùm nec ventus à Jove *missus huc* venit unquam,
Nec navis, quæ per rupem Symplegada
Helenam adduxit huc, quæ me perdidit,
Et Menelaum, ut ipsos vicissim ulciscerer,
Hanc Aulidem opponens illi, quæ illic *est*,
Ubi Danaïdæ me, sicut juvencam, capientes
Mactaverunt: sacerdos verò fuit pater, qui me genuit.
Hei mihi! malorum enim illorum non possum non meminisse:
Quoties ad genas manus ejaculata sum,
Pendebamque à genibus patris,
Dicens hæc: *O pater, sponsa fio*
Nuptiarum turpium à te? mater verò mea,
(Dum tu me interficis) & Argivæ ipsas
Celebrant hymenæis, & personat cantu tibiæ tota
Domus: ego verò interficior à te?
Pluto igitur erat Achilles, non Pelei filius,
Quem mihi nuncupasti sponsum: in currum verò vehiculis
Ad cruentas nuptias me duxisti dolo.
Ego verò tenuibus in velaminibus faciem (*vel*, visum per tenuia velamina)
Habens, fratrem hunc cepi manibus,
Qui nunc periit. neque *quamvis ejus essem* soror, os *meum ad ejus os*
Admovi præ pudore, tanquam iturа ad Pelei
Ædes: ac multos distuli amplexus
In aliud tempus, ut iterum Argos reditura.
O miser, si es mortuus, ex quàm præclaris rebus
Periisti, Orestes, & ex quàm invidendâ fortunâ patris!
Deæ verò (*Dianæ*) culpo commenta,
Quæ, si quis quidem mortalium patrarit cædem,
Aut etiam partum, aut cadaver attigerit manu,
Eum arcet ab ara, ut impurum existimans;

Ipsa

Ipſa verò delectatur hoſtiis humanis.
Non fieri poteſt ut pepererit Jovis conjux
Latona tantam abſurditatem. Ego quidem
Tantali epulationem diis *exhibitam*
Incredibilem judico, *Deas ſcilicet* pueri eſu delectatos eſſe:
Hujus verò regionis incolas, ipſi cum eſſent homicidæ,
In Deam culpam tranſtuliſſe puto.
Neminem enim deorum maleficum eſſe cenſeo,

ANTISTROPHICA.

Strophe 1.

Ch. 1 Cyaneæ, Cyaneæ *petræ*,
2 Congreſſus maris *iſtius*
3 Quod Oeſtrum (i. e. *Io*) volans ab Argis
4 Ad Euxinum mare
5 Trajecit olim,
6 Aſiaticum ſolum
7 Europâ permutans;
8 Quinam tandem, aquoſum
9 Et arundine virentem relinquentes Eurotam,
10 Vel ſacra Dirces fluenta,
11 Venerunt, venerunt *in* hoſpitum-commercia-fugientem
12 Terram ubi puella
13 Madefacit aras,
14 Et circa columnas tem-
15 plorum ſanguis humanus *eſt?*

Antiſtrophe 1.

1 An impetuoſis abiegnis,
2 Utrimque-navem agitantibus remis
3 Navigare fecerunt per marinos fluctus
4 Navale

Navale vehiculum (i. e. *navem*)
Et flatibus vela-intrantibus,
Avarum certamen
Augentes *ſuis* ædibus?
Dulcis enim ſpes eſt, in
Perniciem mortalium, inſatiabilis hominibus,
Divitiarum *ſcil.* onus; qui feruntur
Errabundi per fluctus, urbéſque
Barbaricas tranſeuntes,
Inanibus opinionibus. ſententia
Verò de divitiis, aliis quidem intempeſtiva,
Aliis verò in medium (i. e. modica) venit.

Strophe 11.

Quomodo concurrentes petras,
Quomodo Phineïos inquietos
Scopulos tranſiverunt,
Marinum littus
Super Amphitriten, æſtu
Currentes, (ubi ſunt quinquaginta puellarum
Nereïdum chori
Cum-cantu ſaltantium in orbe)
Et implentibus-vela flatibus,
(Stridentibus in puppi
Anchoris gubernaculiſque,
Auris auſtralibus, aut
Zephyri flatibus)
Ad *hanc* terram avibus-abundantem,
Album littus, Achilliſque
Curſus pulchro-ſtadio-celebres, Eu-
xinum ad Pontum?

Antiſtrophe 11.

Utinam ex votis dominæ *meæ (Iphigeniæ)*
Helena Ledæ chara filia

Huc *aliquo* caſu veniat,
Relictâ Trojanâ urbe;
Ut capillum aquâ luſtrali cru-
entâ circumſperſa, guttur ſecante
Manu dominæ moriatur,
Dans pœnas mutuas!
Libentiſſimè hunc nuncium
Acciperemus, ex Græcia terra
Nautarum ſi quis *huc* veniret,
Servitutis meæ miſe-
ræ laboribus finem impoſiturus. Et-
enim in ſomniis utinam *mihi* contingat in
Ædibus, & urbe patriâ,
Jucundis hymnis frui,
In communi gaudio felicitatis.

Iphi. Verùm hi duo manus vinculis
Vincti veniunt, nova
Deæ victima. tacete, ô amicæ:
Græcorum enim primitiæ
Templo, iſtæ propè veniunt,
Neque nuncium falſum nunciavit
Paſtor.
Ch. O veneranda, ſi hæc grata tibi
Urbs hæc perficiat, accipe victimas,
Quas apud nos mos, non pias
Græcis, dans exhibet.

ACTUS TERTIUS.

Iphi. ESTO: primùm quidem ut quæ ad Deam
attinent, rectè habeant,
Curandum *eſt* mihi. ſolvite hoſpitum manus,
Ut, cum ſint ſacri, non ſint ampliùs vincti.
Ingredientes autem in templum, parate
Quæ oportet ad *res* præſentes, & *quæ* moribus
ſunt recepta.

Heu! quænam *eſt* mater, quæ vos peperit,
Paterque? ſoror verò ſi qua *vobis* ſit,
Qualibus *illa* geminis juvenibus privata,
Sine fratribus erit! Quis novit cui infortunia
Talia ſint obventura? *nemo:* Omnia enim Deorum *conſilia*
In obſcurum eunt, nec ullus *impendens ſibi* malum novit:
Fortuna enim *hoc* reddit cognitu difficile.
Undenam venitis, ô miſeri hoſpites?
Poſt quàm longum tempus navigaſtis *ad* hanc terram!
Longum verò tempus eſtis abſuturi à domo,
nempe, ſemper infra *terram.*

Ore. Cur tu hæc deploras, & de futuris noſtris
Malis contriſtaris, quæcunque es, ô mulier?
Non exiſtimo *eum* ſapientem, qui moriturus,
Ploratione metum exitii vincere cupit:
Non *illum*, qui mortem vicinam miſerabiliter deplorat:
Salutis nullam ſpem habens: nam ex uno duo
Conjungit mala, éſtque obnoxius crimini ſtultitiæ,

Moritúrque nihilominus. Fortunam autem oportet ſinere.
Tu verò ne nos luge. quæ enim hîc fiunt
Sacrificia ſcimus, & cognoſcimus.
Iphi. Uter veſtrûm hîc nominatus
Pylades vocatur? hoc ſcire primùm cupio.
Ore. Hic, ſi quid tibi voluptati eſt hoc ſcire.
Iphi. Cujus civitatis Græcus civis es natus?
Ore. Quid verò cognoſcens hæc, lucri facies, mulier?
Iphi. Utrùm eſtis fratres ex una matre geniti?
Ore. Amicitia ſaltem ſumus, non natu fratres, mulier.
Iphi. Tibi verò quod nomen impoſuit qui *te* genuit pater?
Ore. Vero quidem *nomine* poſſem vocari MISER.
Iphi. Non hoc interrogo: hoc quidem tribue fortunæ.
Ore. Ignotus nomine ſi moriar, non ridebor.
Iphi. Quid verò invides *mihi* hoc, aut tam elatè ſentis?
Ore. Meum corpus mactabis, non nomen.
Iphi. Neque civitatem dices, ex qua oriundus es?
Ore. Quæris enim *quod* nullam utilitatem *mihi* morituro *feret*.
Iphi. Quid verò prohibet quominùs hac re gratificeris mihi?
Ore. Inclytum Argos patriam meam *eſſe* glorior.
Iphi. Per deos, veréne, ô hoſpes, illinc *es* oriundus?
Ore. Ex Mycenis, quæ olim erant beatæ.
Iphi. Num verò ex patria diſceſſiſti exul, aut quo caſu?
Ore. Exulo aliquomodo non volens, volens.
Iphi. Num dixeris mihi *aliquid eorum*, quæ cupio?
Ore. Ut obiter in mea infelicitate.
Iphi. Profectò deſiderabilis mihi venis Argis profectus.
Ore. Mihi ſaltem non; ſi verò tibi, tu hoc ama.
Iphi. Noviſti fortaſſe Trojam, cujus ubique fama.
Ore. Utinam nunquam noſſem, ne in ſomniis quidem.
Iphi. Dicunt eam bello deletam non ampliùs exſtare.
Ore. Eſt ita: neque falſa audiviſtis.

Iphi. Helena verò rediit rurſus *in* Menelai domum?
Ore. Rediit: infauſtè rediens cuidam meorum *amicorum.*
Iphi. Ubinam eſt? Nam & mihi aliquod pridem debet malum.
Ore. Spartæ cohabitat priſtino marito.
Iphi. O *commune* Græcis odium, non mihi ſoli!
Ore. Et ego aliquem fructum ex illius nuptiis percepi.
Iphi. Redierúntne Græci, ut famâ fertur?
Ore. Ut omnia ſemel *ac ſimul* complexa, me interrogas!
Iphi. Priuſquam enim moriaris, hunc fructum percipere cupio.
Ore. Interroga, quandoquidem hoc cupis: ego verò *tibi* reſpondebo.
Iphi. Rediítne quidam vates Calchas ex Troja?
Ore. Periit, ut dicebatur inter Mycenæos.
Iphi. O *Diana* veneranda! Salvus verò eſt Laërtis filius?
Ore. Nondum domum rediit: vivit tamen, ut dicunt.
Iphi. Pereat, nec unquam in patriam redeat!
Ore. Nihil impreceris *illi:* omnes *res* illius malè habent.
Iphi. Filius verò Thetidis Nereïdis (*i. e. Achilles*) adhúcne vivit?
Ore. Non vivit: fruſtrà voluit uxorem ducere *in* Aulide.
Iphi. Doloſæ enim nuptiæ *erant*, ut dicunt illi, qui ſuo damno ſciunt.
Ore. Quænam verò es? quàm accuratè de *reb.* Græciæ percontaris?
Iphi. Inde ſum: puella etiamnum, perii.
Ore. Rectè ergo cupis ſcire quæ ibi *acta ſunt*, mulier.
Iphi. Quid verò ille dux, quem dicebant beatum?
Ore. Quiſnam? Non enim *ille* ſaltem, quem ego novi, *eſt ex numero* beatorum.
Iphi. Agamemnon rex quidam Atrei filius dicebatur.

Ore. Neſcio : abſcede ab hoc ſermone, mulier.
Iphi. Nequaquam, per Deos, ſed dic, ut exhilarer, ô hoſpes.
Ore. Periit miſer, & præterea, perdidit quempiam.
Iphi. Mortuus eſt ? quo fato ? heu me miſeram !
Ore. Cur verò ingemuiſti *propter* hoc ? num ad te pertinebat ?
Iphi. Deploro priorem ejus felicitatem.
Ore. Periit enim miſerabiliter, interfectus à muliere.
Iphi. O maximè deploranda illa quæ *illum* interfecit, & ille qui obiit !
Ore. Deſine igitur jam, & ne interroges ulteriùs.
Iphi. Hoc tantum, ſi vivit illius miſeri conjunx.
Ore. Non vivit : filius, quem *illa* peperit, is eam perdidit.
Iphi. O confuſa domus ! quid verò volens *eam interfecit ?*
Ore. *Ob* patrem mortuum eam ulciſcens.
Iphi. Eheu ! quàm bene malum jus exegit !
Ore. Sed quamvis ſit juſtus, *tamen* Deos habet infenſos.
Iphi. Reliquítne domi aliam ſobolem Agamemnon ?
Ore. Reliquit Electram, virginem unam.
Iphi. Quid verò, éſtne aliquis ſermo de mactata filia ?
Ore. Nullus, niſi eam mortuam non intueri lucem.
Iphi. Miſeram illam, & patrem qui interfecit eam !
Ore. Malæ mulieris gratiâ, ſine gratiâ periit.
Iphi. Interfecti verò patris filius eſtne Argis ?
Ore. Vivit, miſer ſane, & nuſquam, & ubique.
Iphi. Falſa ſomnia, valete ; nihil igitur eſtis !
Ore. Nec Dii iſti, qui vocantur ſapientes,
Minùs ſunt mendaces ſomniis volucribus.
Magna confuſio eſt & in rebus divinis,
Et humanis. hoc uno verò mœſtitia afficitur *Oreſtes*,
Quòd non ſtultus exiſtens, tamen vatum verbis inductus
Perierit :

Perierit: nam periit ſicut exiſtimant illi qui
norunt.
Ch. Heu, heu, quid verò nos, & noſtri parentes,
Num ſunt, an non ſunt? quis dixerit?
Iphi. Audite: nam ad quandam venimus rem
Vobis quæ commodum adferet, ô hoſpites, &
hiſce (*Choro*) ſimul,
Et mihi. Rectum verò ſic maximè ſit,
Si omnibus eadem res placuerit.
Viſne, ſi te ſervavero, nunciare aliquid mihi,
i. e. meo nomine,
Argos profectus, meis amicis illic *degentibus,*
Et *illis* ferre literas, quas quidam, me miſeratus,
Captivus ſcripſit, meam non
Exiſtimans manum *eſſe* homicidam, ſed a lege
ſe
Mori, Dea judicante hæc *eſſe* juſta.
Nullum enim *hactenus* habui, qui nunciaret
profectus
Argos iterum, *i. e. Argos reverſus, aut qui* mea
mandata
Mitteret *hinc* ſervatus, meorum amicorum alicui.
Tu verò (es enim, ut videris, *mihi* non infeſtus,
Et Mycenas noviſti, & quos ego volo)
Serveris, & vivas, mercedem non pudendam accipiens,
Propter leves literas, ſalutem *videlicet:*
Iſte verò, ſiquidem civitas hoc cogit,
Deæ fiat hoſtia, ſejunctus à te.
Ore. Rectè dixiſti cætera, præter *hoc* unum, ô hoſpita:
Nam iſtum interfici *eſſet* mihi valde gravis dolor.
Ego enim ſum gubernator navis harum calamitatum,
Iſte verò unà navigat propter meos labores.
Non igitur juſtum *eſt* me cum hujus nece

Tibi gratificari, & me ipſum eripere ex malis.
Sed ſic fiat: huic quidem trade literas,
(Nam *eas* Argos mittet, ut tibi ſatisfiat)
Me verò, ille cujus id negotium eſt, interficiat.
Amicos
Quiſquis in calamitatem conjiciens,
Ipſe ſervatur, turpiſſimus *eſt*. hic autem eſt *mihi* amicus,
Quem non minùs cupio vivere quàm meipſum.
Iphi. O præſtantem indolem, ut ex generoſa aliqua
Radice ortus es, amicíſque rectè amicus!
Talis utinam ſit ille ex eadem mecum ſtirpe
Qui relictus eſt! nam ne ego quidem, ô hoſpites,
Sine fratre ſum, niſi quòd eum *nunc* non video.
Quandoquidem verò hoc vis, hunc mittemus,
Qui perferat literas, tu verò morieris. quædam verò magna
Cupido hujus *rei* te tenet.
Ore. Quis verò interficiet me, & hæc atrocia perpetrabit?
Iphi. Ego: hujus enim deæ cultus mihi commiſſus eſt.
Ore. Non invidendum certè, ô virgo, & infelix officium.
Iphi. At ſubjicimur neceſſitati, quæ ſervanda eſt.
Ore. Tu, cùm ſis femella, enſe mactas mares?
Iphi. Non: ſed tuam comam circumſpergam aquâ luſtrali.
Ore. Sed quis *eſt* mactator? ſi mihi licet hoc interrogare.
Iphi. Intra hanc ædem ſunt, quibus iſta curæ ſunt.
Ore. Quale verò ſepulchrum accipiet me mortuum?
Iphi. Sacer ignis intus, & tenebroſus hiatus rupis.
Ore. Heu! utinam me ſororis manus tumularet!
Iphi. Inane optatum, ô miſer, quiſquis tandem es,
Optaſti: habitat enim *tua ſoror* procul ab *hac* barbara terra.
Veruntamen, quia Argivus es,

Ne

Ne ego quidem ſaltem *earum rerum*, quas *præſtare* potero, omittam officium.
Multum enim ornatum tibi in ſepulchro ponam,
[Et flavo oleo corpus tuum extinguam:]
Et montanæ delicias ex florum liquore collectas
Flavæ apis injiciam in tuum rogum.
Sed ibo, & literas ex ſacello Deæ
Portabo. ne tamen malevolentiam adverſus me concipe.
Miniſtræ, cuſtodite eos ſine vinculis.
Fortaſſe inſperata meorum amicorum alicui
Mittam Argos, quem maximè ego amo;
Et literæ illi vivere, quos mortuos credit,
Significantes, certas & *ratas* voluptates nunciabunt.

ANOMŒOSTROPHA.

Strophe I.

Ch. Deploro te
Luſtralis aquæ guttis
Deſtinatum cruentis.
Ore. Hæc quidem non miſeranda. Sed valete, ô hoſpitæ,

Strophe II.

Ch. Te verò *propter* felicem ſortem,
O adoleſcens,
Colimus, in patriam
Quòd tandem redibis.
Pyl. Non optanda *ſunt hæc* amicis, morientibus amicis.

Strophe III.

Ch. O miſeranda dimiſſio!
Heu, heu, perire
(Æ, æ, æ, æ.)
Uter futurus eſt?
Adhuc enim ambigua
In geminas diſtracta ſententias movetur mens, *dubitans*
Utrùm te priùs, an te deplorem lamentationibus.

Ore. Pylade, *dic* per Deos, affectúſne es ſicut ego?
Pyl. Neſcio: interrogas me cùm non poſſim reſpondere.
Ore. Quænam eſt hæc puella? Quam Græcanicè
Interrogavit nos, & de laboribus ad Ilium,
Et de Græcorum reditu, & de vate
Calchante, & de Achille: & miſerum
Agamemnonem ut eſt miſerata, interrogavítque me
De uxore, & liberis *ejus!* hæc hoſpita eſt genere
Illinc, Argiva aliqua: nunquam enim aliàs
Litteras mitteret *eò*, nec ſciſcitaretur hæc,
Quaſi communem fortunam habeat, ſi Argi floreant.
Pyl. Paulò me antevertiſti; eadem autem dicis *quæ ego dicturus eram*,
Præter *hoc* unum: regum enim clades
Omnes norunt, quibus aliqua eſt animadverſio;
Sed & aliud quiddam conſidera.
Ore. Quid? ſi communicaveris, ipſe meliùs intelliges.
Pyl. Turpe *eſt*, te mortuo me intueri lucem:
Et unà navigavi, & unà mori me oportet.
Etenim *alioqui* timiditatis, & ignaviæ probrum mihi conciliabo

Argis,

Argis, & in Phocide multos habente receſſus:
Videbor autem pleriſque (pletique enim *ſunt* mali)
Te prodito, ſolus ipſe rediiſſe domum;
Aut etiam occiſo te, in calamitate familiæ,
Struxiſſe necem tibi propter tuum principatum,
Ut ſcilicet ducam tuam ſororem patrimonii totius hæredem.
Hæc igitur metuo, & probri loco habeo:
Et omnino oportet ut ego tecum *animam* exſpirem,
Et ſimul juguler, & conflagrem corpore,
Cum ſim amicus *tuus*, & vituperationem metuam.
Ore. Bona verba, quæſo! mea mala *me* ferre oportet:
Cùm autem poſſum ferre ſimplicem dolorem,
non feram duplicem.
Quod enim tu triſte, & probroſum dicis,
Hoc mihi accidet, ſi te laborantem mecum
Interfecero. quod enim ad me attinet, non malè res habet,
Si moriar, cùm exercear à diis ſicut exerceor.
Tu verò & beatus es, puráinque nec malo affectam habes
Domum: ego verò impiam, & infelicem.
Si fueris autem ſervatus, liberos ex mea ſorore
Suſcipiens, quam tradidi tibi uxorem,
Manebitque meum nomen, neque tota domus
Paterna mea delebitur.
Sed abi, & vive, & inhabita domum paternam.
Et cùm veneris in Græciam, & ad equeſtre Argos,
Obteſtor te per hanc dextram iſta,
Excita *mihi* ſepulchrum, & impone monumenta mihi:
Et ſoror det lacrymas, & comam tumulo:
Et nuncia quod perierim ab Argiva quadam
Muliere, ad aram luſtratus cæde, i. e. *cæſus pro ſacrificio.*

Neque prodas unquam meam ſororem,
Deſertam *tuam* affinem & domum *ejus* paternam conſiderans.
Jámque vale: meorum enim amicorum te amiciſſimum inveni,
O venationis ſocie, & mecum educate,
O qui multas moleſtias tuliſti meorum malorum!
Me verò Apollo, vates cum ſit, fefellit;
Artificio autem quàm longiſſimè à Græcia
Abegit, pudore priorum vaticiniorum.
Cui ego omnia mea permittens, & verbis *ejus* obtemperans,
Interfectâ matre, ipſe viciſſim pereo.
Pyl. Erit ſepulchrum tibi, & ſororis *tuæ* lectum
Nunquam deſeram, ô miſer: nam ego te
Mortuum magis, quàm vivum, habebo carum.
Sed nondum perdidit te Dei
Oraculum, quamvis ſtes prope cædem.
Sed magnum infortunium
Magnas habet mutationes, quando ita accidit.
Ore. Tace. Phœbi autem vaticinia nihil mihi proſunt:
Mulier enim hæc egreditur ex ſacello.

ACTUS

ACTUS QUARTUS.

Iphi. DISCEDITE vos, & insuper parate Profectæ, res intus *necessarias* iis, qui præsunt *victimarum* cædi.
Literarum quidem hæc lacrymosa volumina,
Hospites, adsunt: quæ verò præter hæc volo,
Audite. nemo idem est in calamitate,
Et quando transierit ex metu in confidentiam.
Ego autem metuo ne reversus *ex hac* terra
Nihil curet mea mandata
Is qui debet hanc epistolam Argos perferre.
Ore. Quid igitur vis? qua de re angeris?
Iphi. Det jusjurandum mihi se has literas portaturum Argos, amicis, quibus *eas* mittere volo.
Ore. An tu quoque viciſſim dabis huic eosdem sermones, i. e. *jusjurandum?*
Iphi. Quam rem me facturam? aut non facturam? dic.
Ore. Te *hunc* vivum dimissuram ex terra barbara.
Iphi. Æquum dicis: quomodo enim *alioqui* posset nunciare?
Ore. An & tyrannus ista concedet?
Iphi. Etiam: persuadebo ei, & illum *(Pyladen)* in navis imponam scapham.
Ore. Jura; tu verò præi jusjurandum quod *sit* pium.
Iphi. DABO, dicere oportet, *hanc epistolam meis amicis.*
Pyl. DABO HAS LITERAS TUIS AMICIS.
Iphi. ET EGO TE SALVUM DIMITTAM EXTRA CYANEAM PETRAM.
Pyl. Quemnam igitur Deorum, per quos juratur, adhibes huic jurijurando?
Iphi. DIANAM, in cujus templo *hos* honores habec.

Pyl.

Pyl. Ego verò *regem cæli* JOVEM *venerandum.*
Iphi. Si verò, neglecto jurejurando, feceris mihi injuriam?
Pyl. *Sim ſine reditu.* quid verò tu, ſi me non ſervaveris?
Iphi. *Nunquam Argis viva veſtigium figam pedis.*
Pyl. Audi verò rem, quam præterivimus.
Iphi. At rurſus, ſi honeſta res ſit, erit communis.
Pyl. Da mihi hanc exceptionem, ſi quid acciderit navi,
Et tabellæ in mari cum ſcriptura
Perierint, corpúſque ſervaro ſolùm,
Ut non ampliùs hoc jusjurandum ſit ratum.
Iphi. Sed ſcis quid ſim factura? (multa enim navigantibus accidunt)
Quæ ſunt ſcripta in epiſtolæ plicis,
Dicam tibi verbis omnia, ut poſſis nunciare amicis.
Hoc enim tutum erit: ſi quidem ſervaveris literas,
Ipſæ dicent tacentes, quæ ſunt in iis ſcripta;
Si verò literæ in mari deletæ fuerint hæ,
Corpore ſervato, hæc verba ſervabis mihi.
Pyl. Rectè dixiſti, Deorum meique causâ.
Significa igitur cui oporteat has litteras ferre Argos, & quid dicere oporteat me audiviſſe ex te.
Iphi. Nuncia Oreſti filio Agamemnonis:
In Aulide interfecta mittit has literas
Viva Iphigenia, quæ illis qui iſtic ſunt non vivit ampliùs.
Ore. Ubi verò illa eſt? num mortua revixit?
Iphi. Quam vides, illa eſt, ne verbis interturba me.
Deduc me Argos, frater, priuſquam moriar,
Ex hac terra barbara, & abducito à deæ
Victimis, in quibus munus hoſpitum interficiendorum habeo—

Ore.

Ore. Pylade, quid dicam? ubinam exiſtentes inventi ſumus?
Iphi. *Aut tuæ familiæ diras imprecabor,*
Oreſtes; ut rurſus nomen bis audiens ſcias, *quem intelligam.*
Pyl. Proh deos! *Iphi.* Cur deos invocas in meis rebus?
Pyl. Nihil: pertexe modo, aliò enim erat animus.
Fortaſſe igitur interrogans te perveniam ad incredibilia.
Iphi. *Dic Oreſti. quòd cervam dans pro me dea*
Diana, ſervavit me, (quam cervam mactavit meus pater,
Cùm putaret ſe in nos acutum enſem immittere)
Et in hanc terram collocavit, hæc *ſunt mea* mandata,
Hæc ſunt ſcripta in literis.
Pyl. O quæ me facili jurejurando obſtrinxiſti!
Cum verò honeſtiſſima juraverim, non multum *me* continebo tempus.
Sed jusjurandum, quod juravi, confirmabo.
Ecce, fero tibi literas, & trado,
Oreſta, ab hac tua ſorore.
Ore. Accipio; omittens verò literarum plicas.
Voluptatem primùm non verbis, *at factis*, capiam.
O chariſſima mihi ſoror, quamquam attonitus,
Tamen *te* brachiis amplectens vix credentibus
Capiam voluptatem, audiens admiranda mihi.
Ch. Hoſpes, non rectè deæ miniſtram
Polluis, non-tangendis circumjiciens peplis manum.
Ore. O ſoror, atque ex eodem patre
Agamemnone nata, ne me averſeris,
Cum teneas fratrem, quem non putaſti te habituram unquam.
Iphi. Egóne te meum fratrem *eſſe dicam?* non deſines *hoc* dicere?

Argos enim *est* ipso plenum, & Nauplia.
Ore. Non illic est tuus frater, ô misera.
Iphi. Num verò Lacæna Tyndaris (Clytæmnestra) te peperit?
Ore. *Imo:* & ego sum natus ex filio filii Pelopis.
Iphi. Quid ais? habéne aliquod horum mihi signum?
Ore. Habeo: interroga aliquid ex domo paterna.
Iphi. Ergo te quidem dicere oportet, me verò audire.
Ore. Dicam, primùm auditione hæc quæ ab Electra accepi.
Atrei & Thyestis ortam nosti dissensionem?
Iphi. Audivi, quam habebant de aureo vellere.
Ore. Scis igitur te hæc texuisse in pulcri-staminis textura?
Iphi. O charissime, propè meum flecteris animum.
Ore. Item in tela imaginem, Solis aversionem?
Iphi. Texui hanc etiam imaginem texturis pulchri licii.
Ore. Et accepisti à matre lavacrum ad Aulidem?
Iphi. Novi: nam nuptiæ *a domo* abstulerunt me non bonæ.
Ore. Cur verò dedisti comam tuam perferendam tuæ matri?
Iphi. Monumentum vice mei corporis ad sepulcrum.
Ore. Ea verò quæ ipse vidi dicam signa certa:
Nempe, Pelopis antiquam in ædibus hastam patris, i. e. proavi,
Quam vibrans manibus, puellam Pisatidem
Adeptus est Hippodamiam, occiso Oenomao,
In tuo cubiculo suspensam.

MONOSTROPHICA.

Iphi. O charissime, nihil aliud, es enim iste charissimus,
Teneo te, Oreste, dilectum,

A solo

A ſolo patrio *profectum*,
Ab Argis, ô chariſſime.
Ore. Et ego te mortuam, ut *hominum* eſt opinio.
Lacrymæ autem non lacrymoſæ, & luctus cum gaudio
Tuos oculos æquè ac meos humectant.
Iphi. Hunc verò reliqui adhuc infantem in brachiis
Recentem nutricis,
Recentem in ædibus.
O ſupra quàm verbis dici poſſit, felix mi
Anime, quid dicam?
Ultra miracula,
Et ultra quàm dici poteſt, hæc acciderunt.
Ore. In poſterum unà degentes ſimus felices!
Iphi. Miram voluptatem cepi, ô amicæ:
Metuo autem ne ex manibus mihi in aërem
Avolans elabatur. ô Cyclopei-lares,
O chara patria Mycena,
Gratiam habeo *tibi* vitæ,
Gratiam habeo educationis,
Quia mihi fratrem iſtum ædibus
Educaſti lumen.
Ore. Genere quidem beati ſumus: ſed calamitatibus
O ſoror, noſtra infelix vita fuit.
Iphi. Ego miſera, hoc experta ſum, quando enſem
Ad cervicem poſuit mihi
Miſer pater.
Ore. Hei mihi, videor enim non præſens te videre ibi.
Iphi. Sine Hymenæo, frater, Achillis
Ad ſacrificium ob nuptias
Fraudulentum quum ducebar.
Juxta verò aram erant
Lacrymæ, & luctus.
Ore. Heu, heu! ob aquam luſtralem *quæ* ibi *erat!*
Deploro & ego facinus quod pater auſus eſt.
Iphi. Indignum patre, indignum patre

Fatum

Fatum nacta ſum.
Ore. Alia verò ex aliis ſequuntur :
Si tuum fratrem, ô miſera, *tædens* perdidiſſes
Numinis alicujus fato,
O miſeram *tunc te futuram* diri facinoris *ream !*
Iphi. Atrocia auſa ſum, atrocia auſa ſum,
Hei mihi frater !
Vix effugiſti
Injuſtam necem, meis
Interfectus manibus.
Poſt hæc verò quis *malorum* finis *erit ?*
Quæ fortuna mihi *quod cupio* concedet ?
Quam tibi *ſalutarem* rationem inveniens,
Rurſum ab *hac* civitate,
Et ab *hac* nece, remittam *te*
Patriam in Argivam
Priuſquam enſis in
Sanguine tuo rigetur ?
Hoc, hoc tuum *eſt*, ô miſera anima,
Negotium, invenire,
Utrùm terrâ, non navi,
Sed pedum impetu,
Morti ſis appropinquaturus,
Per barbaras gentes,
Et *per* tranſitus invios vadens.
Per Cyaneam
Enim, anguſto meatu præditam
Rupem, *eſt* longum iter
Navali fugæ.
Miſera, miſera !
Quis igitur in his
Aut Deus, aut mortalis, aut
Caſus aliquis inſperatus,
Viam impeditam expediens,
Nobis duobus ſolis Atridis
Oſtendet finem malorum ?

Ch.

Ch. Inter mirabilia, & ultra fabulas fictas,
Hæc ipsa vidi, & audiens nunciabo.
Pyl. *Esto:* Amicos qui venerunt in conspectum amicorum,
O Orestes, æquum *est* se mutuò complecti:
Oportet verò nos, omisso luctu, & ad illud venire,
Quomodo inclytum nomen salutis
Adepti, ex *hac* terrâ barbarâ discedemus.
Sapientum enim virorum hæc *sunt*, non desciscentes fortunam,
Occasione utentes, voluptates alias percipere.
Ore. Rectè dixisti. Fortunæ verò puto curæ fore
Hoc nobiscum. si verò quis gnavus sit,
Consentaneum est numen divinum fore efficacius.
Iphi. Nihil me *jam* cohibeat, nec *quidquam* avertat à sermone,
Quominus primùm quæram quodnam Electra fatum
Sortita sit vitæ: gratum enim erit mihi hæc *audire*.
Ore. Cum hoc *nupta* habitat, vitam habens beatam.
Iphi. Hic verò cujas, & cujus est filius?
Ore. Strophius Phocensis, hujus vocatur pater.
Iphi. Hic *igitur ob* Atrei filiam est mihi cognatus?
Ore. Consobrinus certè *noster est*, solus mihi certus amicus.
Iphi. Nondum erat iste, quando pater me mactavit.
Ore. Non erat: aliquandiu enim Strophius fuit sine liberis.
Iphi. Salve mihi, o marite meæ sororis.
Ore. Et meus servator, non tantùm cognatus.
Iphi. Quomodo verò sustinuisti ista atrocia facta de matre?
Ore. Taceamus de illis: *feci* ut ulciscerer necem mei patris.

Iphi.

Iphi. Quæ verò *fuit* cauſa, quòd occidit maritum?
Ore. Omitte quæ ad matrem ſpectant: non enim tibi *eſt* honeſtum audire.
Iphi. Taceo. Nunc igitur Argos in te reſpicit?
Ore. Menelãus tenet imperium. ego exul ſum ex patria.
Iphi. An igitur patruus injuria affecit familiam *jam* afflictam?
Ore. Non: ſed terror Furiarum exturbat me ex terra.
Iphi. Illud igitur eſt quod in littore tibi accidit? nam & illic nunciatum eſt te inſanire.
Ore. Sum conſpectus non nunc primùm miſer.
Iphi. Intelligo, propter matrem agitaverunt *te* Deæ.
Ore. *Ita* ut cruenta fræna injecerint mihi.
Iphi. Cur verò in hanc terram intuliſti pedem?
Ore. Veni juſſus oraculo Phœbi.
Iphi. Quam rem facturus? dicendam, an tacendam?
Ore. Dicam: initium autem hoc mihi multorum ſermonum *eſt*.
Poſtquam hæc mala matris, quæ tacemus,
In *noſtras* manus venerunt, incurſibus Furiarum
Pulſi ſumus exules. inde meum pedem
Athenas utique miſit Phœbus,
Ut ſatisfacerem non nominandis Deabus.
Eſt enim *ibi* ſancta curia quam olim Marti
Jupiter conſtituit, ob quandam contaminationem manuum, i. e. *homicidium*.
Profectum autem illuc, primùm quidem nullus hoſpitum
Ultrò *me* recepit, ut diis inviſum:
Qui verò reverentiam *mei aliquam* habuerunt, menſæ mihi ſeorsùm hoſpitium
Præbuerunt, licet manentes ſub eodem tecto,
(Silentio autem fecerunt ut ego *eorum* colloquii expers eſſem) ut
A cibi, potúsque communione cum illis habendâ ſemotus eſſem:

In

In vas verò proprium æqualem omnibus vini
Menſuram implentes, habebant voluptatem, i.e. *convivabantur.*
Ego verò reprehendere quidem hoſpites non audebam:
Dolebam verò tacitè, & ſimulabam *me hæc* neſcire,
Valde ingemiſcens, quòd eram matris interfector.
Audio autem Athenienſibus meas calamitates
Feſti inſtituendi cauſam fuiſſe, & adhuc morem manere,
Ut vas quod continet χοᾶ (octo cotylas) populus Palladis honoret.
Poſtquam autem veni in collem Martis, & in judicio
Steti, (ego quidem occupatâ alterâ ſede,
Alterâ verò, natu maxima Furiarum)
Poſtquam dixiſſet, audiviſſetque cauſam parricidii
Phœbus, teſtificans ſervavit me: paria verò mihi
Suffragia numeravit Pallas manu,
Atque victor abii ex judicio cædis.
Quæcunque igitur *Furiarum* ſedebant acquieſcentes judicio,
Curiam prope ipſam ſacellum ſtatuerunt habere:
Quæcunque vero Furiarum *huic* ſententiæ non acquieſcebant,
Curſibus irrequietis me ſemper agitaverunt,
Donec rurſus redii ad Phœbi ſanctum ſolum,
Et ante adyta jacens extenſus, jejunus à cibo,
Juravi me illic abrupturum eſſe vitam morte,
Niſi me ſervaret Phœbus, qui me perdiderat.
Ibi ex aureo tripode vocem emittens
Phœbus, miſit me huc, ut delapſam cœlo auferrem
Statuam, & collocarem in terra Athenienſi.

Quare quam *Deus* conſtituit ſalutem nobis, *hanc*
Nobiſcum effice. ſi enim Deæ potiamur ſtatuâ,
Inſaniâque liberabor, & te in multiremi ſcapha
Avectam, Mycenis iterum collocabo.
Quamobrem, ô chara, ô ſororium caput,
Serva paternam domum, méque conſerva:
Quia mea omnia perierunt, & totum genus Pelopidarum,
Cæleſtem niſi captam abſtulerimus Deæ ſtatuam.
Ch. Gravis quædam Deorum ira efferbuit
Adverſus ſemen Tantali, & id per ærumnas ducit.
Iphi. Summoperè quidem deſideravi, priuſquam huc venires,
Ut eſſem Argis, & tuo conſpectu fruerer, ô frater.
Volo verò eadem quæ tu, téque laboribus liberare,
Laborantémque domum, interfectori meo non
Infenſa, paternam erigere cupio.
A cæde etenim tuâ manum abſtinebimus,
Servabóque familiam. Deam verò quomodo latere poſſim
Metuo, & tyrannum, quando vacuam
Sedem ſaxeam ſtatuæ invenerit.
Quomodo verò *tunc* non moriar? quænam erit mihi excuſatio?
Verùm ſi ſimul hæc omnia unum fient,
Et ſtatuam ſi auferes, & me in firmam-puppim-habente navi
Abduces, hæc periclitatio erat præclara.
Verùm ego quidem ſeparata ab hac re, peribo,
Tu verò, tuâ re bene conſtitutâ, redibis *domum*.
Tamen non fugio ullum *periculum*, etiam mortem,
Modò te ſervem. vir enim in familia
Mortuus, eſt deſiderabilis: mulieres verò parum proſunt.
Ore. Non fiam & tui & matris interfector:
Satis eſt illius cædes communiter vero tecum

Et vivere volo, & mortuus parem *sortem* nanciſci.
Abducam verò te (niſi & ipſe hîc occumbam)
Domum, vel tecum mortuus *hîc* manebo.
Audi autem ſententiam *meam*: ſi non gratum hoc eſſet
Dianæ, quare Phœbus juſſiſſet oraculo
Me deferre ſtatuam deæ in urbem Palladis,
Et tuam intueri faciem? omnia enim
Hæc in unum conferens, ſpero *nos* reditûs fore compotes.
Iphi. Quomodo poteſt ergo fieri, ut neque nos moriamur,
Et conſequamur ea quæ volumus? hac parte enim laborat
Reditus *noſter* ad domum: hæc eſt præſens conſultatio.
Ore. An tyrannum interficere poterimus?
Iphi. Periculoſum *eſt* hoc, *quod* dixiſti, ut hoſpites *ſuos* advenæ cædant.
Ore. Verùm ſi hoc fuerit ſaluti mihi & tibi, periclitandum.
Iphi. Non poſſim ego: promptitudinem verò *tuam* laudo.
Ore. Quid verò ſi occultes me clàm in hoc templo?
Iphi. Ut *nimirum* tenebras nacti evadamus incolumes?
Ore. Furum enim *eſt* nox, veritatis verò lux.
Iphi. Sunt intus ſacri cuſtodes, quos non fallemus.
Ore. Hei mihi, periimus! quomodo ſervari poſſumus?
Iphi. Opinor me habere quoddam novum inventum.
Ore. Quodnam? opinionem impertias, ut & ego ſciam.
Iphi. Utar tuo infortunio ad fallendum.
Ore. Mulieres enim *ſunt* ingenioſæ ad excogitandas technas.
Iphi. Dicam te veniſſe matricidam ex Argis.
Ore. Utere meis malis, ſi utile erit.
Iphi. Quòd non fas ſit ſacrificare *te* deæ, dicam——

Ore. Quam cauſam prætendens? non enim ſuſpicor aliquid.
Iphi. Non purum: purum verò *factum* dabo neci.
Ore. Quomodo verò *ſic* Deæ ſtatua magis capietur?
Iphi. Maris te fontibus luſtrare volo.
Ore. Eſt intus ſtatua propter quam *huc* venimus.
Iphi. Et *dicam*, me velle eam lavare, ut à te contrectatam.
Ore. Quónam delatam? num dicis ad oſtium humidum maris?
Iphi. *Ibi* ubi navis tua ſtat ligata lineis vinculis, *i. e. funibus*.
Ore. Tibi verò quis alius in manibus geſtabit ſtatuam?
Iphi. Ego *geſtabo:* quia mihi ſoli licet attingere *eam*.
Ore. Pylades verò in quo loco hujus cædis à nobis ponetur?
Iphi. Dicetur eodem, quo tu, manuum piaculo pollutus eſſe.
Ore. Faciéſne hæc clàm, an ſciente rege?
Iphi. Perſuaſo verbis. non enim potero eum latére.
Ore. Atqui facilis remigatio navis adeſt.
Iphi. Reliqua verò tu curabis ut rectè fiant.
Ore. Una re adhuc opus eſt, ut iſtæ (*Chorus*) hæc occultent.
Quamobrem obteſtare eas, & ſermones perſuadentes
Excogita. habet vim ad commiſerationem mulier.
Reliqua verò forte bene ſuccedent.
Iphi. O chariſſimæ mulieres, ad vos reſpicio,
Et ego in veſtra poteſtate ſum, ut vel rectè habeam,
Vel ut nihil ſim, & priver patria,
Et ſorore chara, & fratre chariſſimo.
Atque hoc quidem primùm initium ſit ſermonis:
Mulieres ſumus, genus addictum an ori mutuo,

Et ad communes res ſervandas fidiſſimæ.
Tacete nobis, & adjuvate *noſtram*
Hanc fugam. egregia res eſt lingua, cui fides adeſt.
Videte autem quomodo tres chariſſimos una fortuna
Poſſit aut reducere in patriam, aut occidere.
Ego autem ſervata, ut tu quoque particeps ſis *noſtræ* fortunæ,
Salvam te reducam in Græciam. Sed te per dextram,
Et te, & te, te verò precor per charas genas,
Et genua, & per ea quæ chariſſima *habetis* domi,
Per matrem, & patrem, & liberos, ſi quibus ſunt.
Quid dicitis? quæ veſtrûm conſentit? aut quæ non vult?
Dicite eadem: non approbantibus enim vobis ea quæ dixi,
Perii & ego & miſer frater.
Ch. Sis bono animo, chara domina, & cura tantùm ut ſerveris;
Quantum enim ad nos pertinet, omnia tacebimus,
(Sciat magnus Jupiter) de omnibus illis quæ mandas.
Iphi. Bene ſit vobis propter *hunc* ſermonem, & felices ſitis!
Tuum jam eſt munus, ac tuum, ingredi in domum,
Quia ſtatim rex hujus terræ veniet
Sacrificium exploraturus, an factum ſit hoſpitum.
O veneranda, quæ me in Aulidis receſſibus
Sævâ liberaſti à paterna interfectrice manu,
Serva me nunc etiam, & iſtos, aut Apollinis
Non ampliùs hominibus propter te *erit* verum os.

Ore. Quam cauſam prætendens? non enim ſuſpicor aliquid.
Iphi. Non purum: purum verò *factum* dabo neci.
Ore. Quomodo verò *ſic* Deæ ſtatua magis capietur?
Iphi. Maris te fontibus luſtrare volo.
Ore. Eſt intus ſtatua propter quam *huc* venimus.
Iphi. Et *dicam*, me velle eam lavare, ut à te contrectatam.
Ore. Quónam delatam? num dicis ad oſtium humidum maris?
Iphi. *Ibi* ubi navis tua ſtat ligata lineis vinculis, *i. e. funibus*.
Ore. Tibi verò quis alius in manibus geſtabit ſtatuam?
Iphi. Ego *geſtabo:* quia mihi ſoli licet attingere *eam*.
Ore. Pylades verò in quo loco hujus cædis à nobis ponetur?
Iphi. Dicetur eodem, quo tu, manuum piaculo pollutus eſſe.
Ore. Faciéſne hæc clàm, an ſciente rege?
Iphi. Perſuaſo verbis. non enim potero eum latére.
Ore. Atqui facilis remigatio navis adeſt.
Iphi. Reliqua verò tu curabis ut rectè fiant.
Ore. Una re adhuc opus eſt, ut iſtæ (*Chorus*) hæc occultent.
Quamobrem obteſtare eas, & ſermones perſuadentes
Excogita. habet vim ad commiſerationem mulier.
Reliqua verò forte bene ſuccedent.
Iphi. O chariſſimæ mulieres, ad vos reſpicio,
Et ego in veſtra poteſtate ſum, ut vel rectè habeam,
Vel ut nihil ſim, & priver patria,
Et ſorore chara, & fratre chariſſimo.
Atque hoc quidem primùm initium ſit ſermonis:
Mulieres ſumus, genus addictum amori mutuo,

Et ad communes res ſervandas fidiſſimæ.
Tacete nobis, & adjuvate *noſtram*
Hanc fugam. egregia res eſt lingua, cui fides adeſt.
Videte autem quomodo tres chariſſimos una fortuna
Poſſit aut reducere in patriam, aut occidere.
Ego autem ſervata, ut tu quoque particeps ſis *noſtræ* fortunæ,
Salvam te reducam in Græciam. Sed te per dextram,
Et te, & te, te verò precor per charas genas,
Et genua, & per ea quæ chariſſima *habetis* domi,
Per matrem, & patrem, & liberos, ſi quibus ſunt.
Quid dicitis? quæ veſtrûm conſentit? aut quæ non vult?
Dicite eadem: non approbantibus enim vobis ea quæ dixi,
Perii & ego & miſer frater.
Ch. Sis bono animo, chara domina, & cura tantùm ut ſerveris;
Quantum enim ad nos pertinet, omnia tacebimus,
(Sciat magnus Jupiter) de omnibus illis quæ mandas.
Iphi. Bene ſit vobis propter *hunc* ſermonem, & felices ſitis!
Tuum jam eſt munus, ac tuum, ingredi in domum,
Quia ſtatim rex hujus terræ veniet
Sacrificium exploraturus, an factum ſit hoſpitum.
O veneranda, quæ me in Aulidis receſſibus
Sævâ liberaſti à paterna interfectrice manu,
Serva me nunc etiam, & iſtos, aut Apollinis
Non ampliùs hominibus propter te *erit* verum os.

Verùm propitia exeas ex hac barbara terra,
Ad Athenas: non enim decet *te* hic
Habitare, cùm liceat tibi urbem incolere beatam.

Exeunt Iphi. Orc. & Pyl.

ANTISTROPHICA.

Strophe 1.

Ch. 1 O avis, quæ circa ſaxeos
2 Ponti ſcopulos, halcyon,
3 Lugubre fatum canis,
4 Voce, quæ à prudentibus intelligi facilè poteſt,
5 Quia maritum ſemper reſonantibus luges cantibus:
6 Ego tibi comparor
7 Luctu, ſine ala ales,
8 Deſiderans Græcorum cœtus,
9 Deſiderans Dianam Lucinam,
10 Quæ habitat ad Cynthium montem,
11 Et palmam habentem molles comas,
12 Et laurum ramoſam, &
13 Sacrum germen cæruleæ oleæ,
14 Partui Latonæ amicum,
15 Et paludem volventem aquam
16 Cygneam, ubi canorus cygnus
17 Colit Muſas.

Antiſtrophe 1.

1 O lacrymarum ſtillæ multæ,
2 Quæ genas in meas
3 Ceciderunt, quando turribus patriæ
4 Everſis, inſcendi naves,
5 Claſſe hoſtium, & haſtis.

6 Et per venditionem magno auri precio factam
7 Veni iter barbarum *huc*,
8 Ubi profecta *ad* cervorum-interfectricis
9 Deæ miniſtram virginem
10 Filiam Agamemnonis, famulus ſum
11 *Heræ*, quæ aras, in quibus oves (*non homines*) mactantur,
12 Valde deſiderat; *heræ*, quæ perpe-
13 tuò eſt miſera. nam in rebus duris
14 Non laborat qui iis innutritus & *aſſuetus* eſt:
15 Res verò ſecundæ mutationem efficiunt.
16 Infortunium enim poſt res proſperas
17 Vitam duram facit hominibus.

Strophe 11.

1 Et te quidem, o domina, Argiva
2 Navis quinquaginta-remis-acta vehet domum:
3 Modulans verò cerâ-compacta
4 Fiſtula montani Panis
5 Impellet ſono remos:
6 Et Phœbus vates, ciens
7 Strepitum ſeptem-fidibus-intentæ lyræ,
8 Canens, ducet *te*, fertilem
9 Athenienſium in terram:
10 Me verò hic relictâ,
11 Abibis impetuoſis remis *delata*.
12 In aëre autem vela, & rudentes ad
13 Proram, ſupra ſtolum,
14 Extendent pedem
15 Navis celeriter euntis.

Antiſtrophe 11.

1 Utinam volare poſſem *in* pulchrum circum,
2 Quâ ſolis ardens ignis iter facit!
3 Super autem domeſticos thalamos

Alas in meis humeris
Desinerem agitare;
Et starem *in* choris, ubi etiam
Virgo probatarum nuptiarum,
Ad pedem impellens charæ
Matris æqualium thiasos,
Ad contentionem venustatis,
Cultûsque mollis ac opulenti
Ad certamen incitata, variis
Stolis, & cincinnis ornata,
Faciem obumbrabam.

ACTUS

ACTUS QUINTUS.

Tho. UBINAM eſt cuſtos hujus ædis mulier Græca? an jam initiavit hoſpites?
Num in caſtis adytis corpora ardent igni?
Ch. Hæc eſt, quæ tibi, Rex, cuncta clarè dicet.
Tho. Au! cur hanc transfers ex non movendis ſedibus,
Agamemnonis filia, Deæ ſtatuam brachiis?
Iphi. O Rex, ibi ſiſte tuum pedem in foribus.
Tho. Quid verò novi eſt, Iphigenia, in domo?
Iphi. Abominor: purificatæ enim hoc loqueris.
Tho. Quid novi incœptas? eloquere planè.
Iphi. Non mundas has hoſtias, Rex, mihi venati eſtis.
Tho. Unde hoc intellexiſti? an dicis quod ſic opineris?
Iphi. Statua deæ avertit ſe à ſua ſede.
Tho. Ultróne? an vertit eam terræ motus?
Iphi. Ultrò, & clauſit oculorum aſpectum.
Tho. Quæ verò eſt cauſa? an pollutio hoſpitum?
Iphi. Hæc *eſt*, nulla alia: atrocia enim fecerunt.
Tho. Num aliquem barbarorum interfecerunt in littore?
Iphi. Venerunt *huc* domeſticâ cæde polluti.
Tho. Quâ? in deſiderium enim ſciendi incidi.
Iphi. Interfecerunt matrem communi enſe, *i. e. juncta ope.*
Tho. O Apollo! Ne inter barbaros quidem quiſquam hoc auſus fuiſſet.
Iphi. Pulſi ſunt ex Græcia omnibus perſequentibus eos.
Tho. An igitur propterea ſcilicet portas ſtatuam foras?

Iphi.

Iphi. Sub ſanctum ætherem, ut amoveam *eam* à contagione cædis.

Tho. Quomodo verò deprehendiſti piaculum hoſpitum?

Iphi. Deprehendi, poſtquam deæ ſtatua retroverſa eſt.

Tho. Sapientem te nutrivit Græcia, quòd *rem tam* bene ſenſeris.

Iphi. Et nunc animum meum delinire tentarunt illecebra ſuavi.

Tho. Nunciantes aliquid gratum ex Argis?

Iphi. Oreſtem meum fratrem unicum bene valere.

Tho. Videlicet ut eos ſervares propter voluptatem grati nuncii?

Iphi. Et patrem meum vivere, & bene valere.

Tho. Tu verò ad Deæ cultum meritò inclinaſti.

Iphi. Ut quæ oderim univerſam Græciam, quæ me perdidit.

Tho. Quid igitur faciemus de hoſpitibus? dic.

Iphi. Oportet nos colere legem propoſitam.

Tho. Non ergo ſunt in opere aqua luſtralis & enſis tuus?

Iphi. Priùs volo eos lavare purificatione religioſa.

Tho. Utrùm aquis fontanis, an marinâ aquâ?

Iphi. Mare abluit omnia hominum mala.

Tho. Sanctiùs certe Deæ cadent *victimæ*.

Iphi. Et res meæ ſic rectiùs habebunt.

Tho. Nonne ad ipſum templum fluctus alliditur?

Iphi. Eſt opus ſolitudine: nam & alia faciemus.

Tho. Ducito quò vis: haud *enim* cupio arcana videre.

Iphi. Purificanda eſt mihi & Deæ ſtatua.

Tho. Siquidem macula matricidarum polluit eam.

Iphi. Nunquam enim eam ſuſtuliſſem ex ſua ſede, *niſi ita fuiſſet*.

Tho. Juſta *eſt* tua pietas, & providentia.

Iphi. Scis quæ mihi nunc fieri—*Tho.* Tuum *eſt* hoc ſignificare.

Iphi. Addas vincula hoſpitibus. *Tho.* Quonam verò te effugiant?

Iphi. Fidem Græcia nullam novit. *Tho.* Ite ad vincula *petendâ*, miniſtri.

Iphi. Educant autem huc hoſpites, *Tho.* Fiet hoc.

Iphi. Tegentes peplis vultus eorum. *Tho.* Oppoſitis ſolis flammæ?

Iphi. Adde etiam mihi comites de tuis ſatellitibus. *Tho.* Iſti te comitabuntur.

Iphi. Et mitte civitati aliquem qui ſignificet, *Tho.* Quaſnam res?

Iphi. Ut omnes maneant domi. *Tho.* Ne occurrant pollutioni cædis?

Iphi. Hæc enim ſunt ejuſmodi ut polluant. *Tho.* Vade tu, & edicito,

Iphi. Ne quis in conſpectum accedat. *Tho.* Rectè curas urbem.

Iphi. Nullúſque præcipuè amicorum. *Tho.* Per hoc me intelligis.

[Quàm meritò te tota civitas miratur!]

* *

Iphi. Tu vero manens hîc in templo, Deæ—*Tho.* Quid faciam?

Iphi. Face templum luſtra. *Tho.* Purum *ut reperias*, quando redieris?

Iphi. Cùm autem egreſſi fuerint hoſpites, *Tho.* Quid *tunc* oportet me facere?

Iphi. Tegere oculos peplo. *Tho.* Ne contraham contagium cædis?

Iphi. Si autem videar diutiùs cunctari, *Tho.* Modus hujus rei quis erit mihi?

Iphi. Nihil mireris. *Tho.* Deæ *ſacra* per ocium rectè perage.

Iphi. Utinam autem hæc expiatio cadat, ut cupio! *Tho.* Et ego idem precor.

Iphi.

Iphi. Verum hos hoſpites jam video ex æde egredi,
Et ornatum Deæ, & agnos nuper-editos, ut cæde cædem
Eluam impuram ; & fulgorem lucernarum, & reliqua quæ
Ego propoſui ad hoſpitum, & ad purificationem deæ pertinentia,
Ediço autem civibus ut ſe procul teneant ab hoc piaculo,
Si quis aut templi cuſtos habet manus puras Deorum cauſsâ,
Aut vadit contracturus nuptias, aut quæ partu gravatur :
Fugite, decedite, ne cui accidat hoc piaculum.
O Jovis & Latonæ *filia*, regina virgo, ſi abluero pollutionem
Horum, & ſacrificavero ubi oportet, habitabis puram domum,
Et nos erimus beati. reliqua verò quamvis non dico, tamen
Diis, qui plura norunt, & tibi ſignifico, o Dea.

MONOSTROPHICA.

Præſtanti indole *eſt* Latonæ proles, quam olim
Deliacæ *terræ* in fertilibus mater *poſtquam peperiſſet*
Vallibus, *nempe*, auricomum
Phœbum citharæ peritum,
Et *Dianam*, quæ propter jaculandi
Peritiam exultat,
Tulit illos à ſcopulo marino,
Puerperii locum inclytum relinquens, non
Stillantium aquarum,
Ad bacchans Dionyſo
Parnaſium cacumen,

Ubi

Ubi maculoſum tergum habens, rubrâ facie
draco,
Sub opaca æreus
Frondosâ lauro, telluris
Immane monſtrum, cu-
ſtodit oraculum terreſtre.
Adhuc ipſum, adhuc infans, adhuc charæ
In matris ulnis ſaliens,
Interfeciſti, ô Phœbe; oracula verò ini-
iſti divina, tripodéque in aureo
Sedes, in mentiri-neſcio throno,
Oracula mortalibus edens,
Divinis meis adytis,
Super Caſtaliæ fluenta,
Vicinus, tenens mediam terræ domum.
Themin verò poſtquam Terræ filiam *Phœbus*
invadens ejecerat
Ex divinis oraculis, nocturna
Terra peperit ſpectra ſomniorum,
Quæ multis mortalium,
Et præterita, & præſentia,
Et quæcunque ſunt futura,
Per ſomnum in obſcuræ terræ
Cubilibus dicebant. Terra autem
Vaticino privavit honore
Phœbum, ex ira ob filiam. Celeri pede
Autem in Olympum contendens Rex,
Manum puerilem extendebat ad Jovis thronum,
* *
Pythiis ex templis
Terreſtrem ut auferret
Deæ (*Telluris*) iram, nocturnáque reſponſa.
Riſit autem *Jupiter*, quòd filius ſtatim *ad ſe* ve-
niſſet,
Opulentos cupiens obtinere cultus.
Poſtquam autem concuſſit comam,
Fecit ceſſare nocturna ſomnia,

Et

Et impoſturam
Nocturnam exemit hominibus:
Et honores iterum dedit Phœbo,
In celebri autem, & hoſpitum-frequentiâ-claro ſolio fiduciam hominibus,
Oraculorum carminibus.

Nun. O æditui, & qui aratum curam habetis,
Ubi eſt rex hujus terræ Thoas?
Vocate, aperientes portas firmas,
Extra has ædes, dominum terræ.
Ch. Quid verò eſt? num oportet me non juſſam loqui?
Nun. Abierunt duo adoleſcentes,
Conſilio filiæ Agamemnonis
Fugientes ex hac terra, & venerandam ſtatuam
Accipientes in ſinu navis Græcæ.
Ch. Dicis rem incredibilem. quem autem videre cupis
Rex *hujus* terræ, ex templo abiit.
Nun. Quò? oportet enim eum ſcire quæ nunc fiunt.
Ch. Neſcimus. Verùm abi, & perſequere ipſum *eò*
Ubi cùm eum nactus fueris, nuncies ei iſta verba.
Nun. Videte, quam perfidioſum ſit genus muliebre!
Et vos eſtis participes horum facinorum.
Ch. Infanis: quid verò nobis negotii eſt cum fuga hoſpitum?
Nun. Non ibis ad portam regis quàm celerrimè?
Ch. Non: priuſquam interpres dixerit hoc verbum,
Intúſne ſit, an non, princeps *hujus* terræ.
Nun. Heus aperite fores, vobis dico qui intus eſtis,
Et regi dicite, quòd ad fores
Adſim, nuncians novorum onus malorum.
Tho. Quis circa domum hanc deæ excitat clamorem,

Fores

Fores pulsans, & terrorem mittens intrò?
Nun. Hæ mentitæ sunt, quæ abegerunt me à domo, *dicentes*
Quòd extrà esses: tu tamen eras domi.
Tho. Quod lucrum expectantes, aut *quid* venantes, *mentitæ sunt?*
Nun. Postea dicam quæ ad has pertinent: quæ verò ante pedes
Jam sunt, audi: virgo, quæ hîc
Aris astabat, Iphigenia, extra *hanc* terram
Cum hospitibus abiit, venerandam deæ
Statuam habens: simulatæ autem erant *illæ* expiationes.
Tho. Quid ais? quam mentem rei habens? i. e. *quid sibi volens?*
Nun. Ut servaret Orestem: hoc enim tu miraberis.
Tho. Quale hoc? num illum Tyndaridis filium?
Nun. Illum, quem consecraverat dea ad hanc aram.
Tho. O portentum! quomodo minore nomine te appellare rectè possum?
Nun. Ne huc vertas tuam mentem, sed audi me?
Et clarè considerans, & audiens, cogita
Qui modus persequendi venetur hospites.
Tho. Dic: rectè enim mones: non enim per vicinum mare
Ita fugiunt. ut possint effugere meam classem.
Nun. Postquam venimus ad littus marinum,
Ubi navis Orestis latens erat appulsa,
Nobis quidem, quos tu cum *ista* misisti vincula hospitum
Tenentes, nutu significavit, ut recederemus procul,
Agamemnonis filia, tanquam arcanum ignem
Sacrificatura, & purificationem *factura*, ad quam ibat.
Ipsa verò retrò vincula tenens hospitum

Ibat

Ibat manibus. & hæc erant quidem ſuſpecta,
Satisfaciebant nihilominus tuis miniſtris, ô Rex.
Tandem verò (ut nobis aliquid majus ſcilicet videretur agere)
Ululavit, & cantavit, barbara
Carmina quærens, quaſi cædis pollutionem abluens ſcilicet.
Poſteaquam autem diu ſederamus,
Venit nobis in mentem, ne ſoluti hoſpites
Interficerent eam, & effugerent.
Metu tamen ne videremus ea, quæ non oportebat videre, ſedimus
Tacitè. tandem verò omnibus eadem fuit ſententia,
Ire *eò* ubi illi eſſent, etiamſi *nobis hoc* non concederetur.
Ibi verò vidimus Græcam navem
Remis inſtructam, ut alis paratam ad navigandum,
Et nautas quinquaginta, qui remos in ſcalmis
Tenebant, & à vinculis adoleſcentes
Vidimus liberos ad puppem navis ſtantes.
Contis verò hi proram regebant: alii verò ad epotida
Ancoram ſuſpendebant; alii autem ſcalas
Properantes, expediebant manibus funes,
Maríque committentes ſcapham demiſerunt.
Nos verò non parcentes *nobis*, quum vidimus
Doloſas artes, inhærebamus hoſpitæ,
Retinaculiſque: & per partem navis ubi gubernaculum eſt *euntes*,
Auferre volebamus clavos pulchram-puppim-habentis navis.
Oriebatur autem verborum certamen: *Quare huc navigatis?*

Sur-

Surrepturi ex hac terra Deæ ſtatuam, an ſacerdotem?
Cujus filius, quis exiſtens tu, hanc ex hac terra, *ut emptam, avehis?*
Ille autem reſpondit, *Oreſtes, hujus frater, ut ſcias,*
Filius Agamemnonis, hancce meam aveho
Sororem nactus, quam amiſeram ex ædibus.
Verùm nihilominùs retinebamus hoſpitam,
Et vi ipſam cogere conabamur, ut *nos* ad te ſequeretur.
Unde ſævæ plagæ erant genarum;
Illi enim ferrum non habebant *in* manibus,
Neque nos: ſed pugnis cum ſtrepitu res gerebatur
Et lacerti ab utroque juvene ſimul
In latera *noſtra*, & in hepar injecti ferebantur,
Ita ut committerentur, & defatigarentur membra.
Nos autem atrocibus notis ſignati
Fugimus in locum arduum; alii quidem in capite
Habentes cruenta vulnera, alii verò in oculis, *vel*, facie.
In tumulis verò ſtantes, tutiùs
Pugnabamus, & ſaxa jaciebamus.
Verùm arcebant nos ſagittarii, in puppi
Stantes, telis, ut repellerent *nos* procul.
Tunc autem (magnus enim fluctus impulerat navim
Ad terram, metus autem erat ne pes tingeret)
Sublatam Oreſtes in ſiniſtrum humerum,
Progreſſus in mare, & per ſcalas ſaltans,
Collocavit ſororem in navi pulchra tranſtra habente,
Et eam quæ de cœlo cecidit, *deæ* Jovis filiæ
Statuam. ex media autem nave ſonum edidit

Vox quædam; *O terræ Græcæ nautæ navis,*
Incumbite remis, fluctúsque pulsantes albos facite:
Habemus enim ea, propter quæ Euxinum pontum
Et intra Symplegades navigavimus.
Illi verò frementes dulcem gemitum,
Percusserunt mare. navis autem donec erat in
Portu, procedebat: penetrans verò per ostium
Repellebatur, incidens in rapidum fluctum:
Vehemens enim ventus subitò ortus, navis
Pellebat retrò rudentes. *nautæ* verò sustinebant
impetum,
Repugnantes contra fluctum: rursum autem
ad terram
Fluctus refluus impulit navim. stans autem
Agamemnonis filia precabatur: *O Latonæ filia,*
Serva me tuam sacerdotem, in Græciam
Ex hac terra barbara, & ignosce meo furto.
Amas verò & tu tuum fratrem, ô Dea;
Et me quoque consanguineos amare puta.
Nautæ verò puellæ preces exceperunt acclamantes
Pæana, nudatos vestibus humeros
Remo cum adplicuissent, adhibito celeusmate.
Magis autem atque magis ibat navis versus scopulos.
Et alius quidem in mare pedum saltu ruit,
Alius verò ex *nave* suspendebat funes curvos.
Ego verò statim huc veni,
Ut tibi, rex, significem quomodo illic se res
habeant.
Quamobrem vade, vinculis laqueísque manu
sumtis:
Nisi enim mare fiat placidum,
Nulla spes salutis est hospitibus *reliqua.*
Rex autem maris, curam gerit Ilii,
Venerandus Neptunus, inimicus autem est Pelopidis.

Et

Et nunc licebit Agamemnonis filium
Tibi & *tuis* civibus (ut par est) in manus,
Et recipere *ejus* sororem, quæ cædem *in* Aulide
Immemorem *salutis* prodens à Dea deprehenditur.
Ch. O misera Iphigenia, unà cùm fratre
Morieris, iterum rediens *in* manus dominorum!
Tho. O cuncti cives hujus barbaricæ terræ,
Eia, nonne *hi quidem* equis injicientes frena,
Ad littus curretis, & navis egressum
Græcanicæ excipietis? simul verò, causâ Deæ
Festinantes, capietis impios viros?
Alii verò *nonne* trahetis in mare naves celeres,
Ut mari *navalibus*, & terrâ, equestribus copiis
Captos ipsos, aut *de* aspera rupe
Præcipites demus, aut palis *ipsorum* figamus corpora?
Vos autem horum consiliorum conscias
Mulieres, postea, quum ocium nactus fuero,
Puniam. nunc enim in præsentium *rerum*
Studium intenti, non manebimus quieti.
Min. Quò, quò manum hanc *fugientes* insequentem ducis, ô Rex
Thoas? Audi hæc Minervæ verba.
Desine persequi, & impetum excitare exercitûs:
Fatalibus enim oraculis Apollinis
Huc venit Orestes, iram Furiarum
Fugiens, & sororem Argos reducturus,
Statuámque sacram in meam laturus terram.
Et hæc quidem ad te nostra *est* oratio: quem verò te occisurum
Decreviſti Orestem, marinis interceptum procellis, *illi*
Jam in meam gratiam Neptunus tranquillum

Maris facit dorsum, transmittens cum nave.
Tu verò, Orestes, audiens mea mandata,
(Audis enim vocem, licèt præsens non adsis)
Deæ
Vade acceptâ statuâ, & tuâ sorore.
Et cum veneris Athenas divinitus conditas,
Est quidam locus in extremis Atticæ
Finibus, vicinus monti Carystio,
Sacer, quem meus populus *nunc* vocat Adas:
Illic exstructo templo, colloca statuam
Cognominem Tauricæ *Dianæ*, & tuorum laborum,
Quos ex antiasti oberrans per Græciam,
Agitatus stimulis Furiarum: eam verò homines
Posthac celebrabunt *sub nomine* Tauropolæ Deæ.
Et hanc legem ponant, populus quando celebrat festum
Tuæ à cæde liberationis, admoveat ensem
Ad *alicujus* viri cervicem, & sanguinem eliciat
Religionis causâ, & dea ut *debitos* honores habeat.
Te verò, ô Iphigenia, circa sacros tractus
Brauronios oportet, ædituam hujus deæ,
[Habitare, ubi te manet beata vita:]
Ubi etiam sepelieris mortua, & peplorum
Monumenta tibi ponent, texta pulchro stamine,
Quæ mulieres in partu animam erumpentes
Reliquerint in ædibus. has autem ut educas ex
hac terra
Mulieres Græcas *tibi Thoas*, mando,
& *
Justo consilio, quia te servavi,
Et priùs in martio pago paribus suffragiis
Victoriam adjudicans, ô Orestes: & lex erit
hæc,
Ut *posthac* vincat, quisquis paria suffragia habuerit.

Quam-

Quamobrem educ tuam ſororem ex *hac* terra,
O fili Agamemnonis, & tu ne iraſcaris, Thoas.
Tho. Regina Minerva, deorum præceptis
Quiſquis audiens, non paret, *is* non rectè ſentit.
Ego igitur Oreſti, ſi auferens ſtatuam deæ
Abiit, & *ejus* ſorori non iraſcor. quid enim
Adverſus potentes Deos certare decet?
Eant cum ſtatua deæ in tuam
Terram, & feliciter eam *ibi* collocent.
Mittam verò & has in Græciam beatam
Mulieres, quemadmodum mandat tua vox;
Et retinebo exercitum, quem eram miſſurus
contra hoſpites,
Et navium remos. hæc quemadmodum tibi, ô
Dea, placent, *faciam.*
Min. Laudo: namFatum ſuperius eſt & te, & Diis.
Ite, ô auræ, navi ducentes Agamemnonis
Liberos Athenas. comitabor autem *ipſos* ego.
Servans meæ ſororis venerandam ſtatuam.

Ite, fortunati, propter ſervans *vos*
Fatum beati exiſtentes.
Ch. At, ô veneranda & inter immortales,
Et inter mortales, Pallas Minerva,
Faciemus ut tu jubes:
Admodum enim jucundum, & inſperatum
Nuncium auribus accepi.

O valde veneranda Victoria, meam
Vitam *ſemper* poſſidias,
Nec deſinas *eam* (vel *me*) coronare!

FINIS.

BOOKS printed for J. NICHOLS.

1. EURIPIDIS Drama SUPPLICES MULIERES. Ad Codd. MSS. recenſitum; &, Verſione correctâ, Notis uberioribus illuſtratum. Accedit, De Græcorum Quintâ Declinatione Imparisyllabicâ, & inde formatâ Latinorum Tertiâ, Quæſtio Grammatica. Editio altera.

2. Remarks on the Epiſtles of CICERO to BRUTUS, and of BRUTUS to CICERO, in a Letter to a Friend. By Mr. MARKLAND.

3. M. TULLII CICERONIS ad Q. FRATREM Dialogi Tres de Oratore. Ex MSS. emendavit, Notiſque illuſtravit, ZACHARIAS PEARCE, Epiſcopus ROFFENSIS.

NEW BOOKS publiſhed by J. NICHOLS.

I. Biographical and Literary Anecdotes of WILLIAM BOWYER, Printer, F. S. A. and of many of his Learned Friends; containing an incidental View of the Progreſs and Advancement of Literature in this Kingdom, from the Beginning of the preſent Century to the End of the Year 1777. By JOHN NICHOLS, his Apprentice, Partner, and Succeſſor. Price One Guinea, adorned with an elegant Portrait by Baſire.

II. Conjectures and Obſervations on the New Teſtament; Collected from various Authors, as well in regard to Words as Pointing. By Mr. BOWYER. The Third Edition. Price One Guinea in Boards.

III. An Apology for ſome of Mr. HOOKE's Obſervations concerning the Roman Senate. With an Index to the Obſervations. By Mr. BOWYER. Quarto, Price 1s.

IV. Biographical Memoirs of WILLIAM GED. By J. NICHOLS. 8vo. Price 1s.

V. A Select Collection of POEMS; with Notes Biographical and Hiſtorical, by J. NICHOLS. Completed in Eight Volumes, adorned with Portraits, by Baſire, Cook, and Collyer. Price One Guinea in Boards.

VI. A Collection of all the Wills, now known to be extant, of the Kings and Queens of England, Princes and Princeſſes of Wales, and every Branch of the Blood Royal, from the Reign of William Conqueror to that of Henry the Seventh, excluſive, with Explanatory Notes and a very copious Gloſſary. By J. NICHOLS. Quarto. Price Eighteen Shillings in Boards.

VII. A Supplement to Swift's Works. By J. NICHOLS. In One large Quarto Volume; and re-printed in every ſmaller Size, to ſuit the various Editions.

VIII.

NEW BOOKS published by J. NICHOLS.

VIII. The History and Antiquities of HINCKLEY, in the County of Leicester, including the Hamlets of Stoke, Dadlington, Wykin, and The Hyde; some Particulars of the ancient Abbey of Lira in Normandy; Astronomical Remarks, and Biographical Memoirs. By J. NICHOLS, F. S. A. *Edinb.* and Printer to the Society of Antiquaries of *London*. Quarto, Price 7s. 6d. adorned with Thirteen elegant Plates.

*** This Work forms the Seventh Number of a Series of Local Antiquities, under the Title of BIBLIOTHECA TOPOGRAPHICA BRITANNICA, of which every separate Number is a distinct Work. In this form have already appeared, 1. The History of Tunstall in Kent, Price 5s.—2. Reliquiæ Galeanæ, Part 1. Price 2s. 6d. Part 2. Price 5s. Part 3. Price 7s. 6d.—3. History of Aberdeen, Price 5s.—4. Memoirs of Sir John Hawkwood, Price 2s.—5. The History of the Royal Hospital and Collegiate Church of St. Katharine near the Tower of London, enriched with Seventeen Plates. Price 10s. 6d.—6. Antiquities of Kent, hitherto undescribed, illustrated by John Thorpe, Esq; of Bexley, M. A. F. S. A. Price 3s. stitched.

IX. The History of Thetford. By the late Mr. Thomas Martin, of Palgrave. Published by Mr. GOUGH. Printed in Quarto, uniformly with the above Local Histories. Price One Guinea in Boards.

X. British Topography; or, an Historical Account of what has been done for illustrating the Topographical Antiquities of Great-Britain and Ireland. By Mr. GOUGH. Two Volumes, Quarto, Price 2l. 12s. 6d. in Boards.

XI. Medals, Coins, Great Seals, and other Works of THOMAS SIMON; engraved and described by GEORGE VERTUE. The Second Edition, improved; with additional Plates, Notes, and an Appendix by Mr. GOUGH. Quarto, Price One Guinea.